

dicat, nunc autem videntes, atque scientes peccant. Quo ergo modo peius dixit patrem suum nefare ver. 21. Nesciebant, quia non credebant, patrem esse Christum, videbant, ac sciebant, quia videbant opera, ex quibus, nisi odio caeci fuissent, cognoscere poterant eum omnium, quae per Christum gererentur, auctorem esse; sicut, capite 7. 28, dixit, & me scitis, & videris, id est scire debetis, aut scire possitis, si velle sitis.

25. Sed ut adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis. Saep hanc phrasim explicauimus, vt cap. 9. 3. & cap. 13. 18. vbi docuimus in huiusmodi locutionibus de Hebraeo idiomate venientibus adhiberi esse, & necessario subintelligendum esse, aliquid, quod ad id, de quo agitur, vt adimpleatur sermo. Hoc autem ipsum, vt adimpleatur sermo, quo sensu dicitur, saepe docuimus. Vide cap. 12. 38. Summa est, dictionem istam, vt, non causam, sed euentum, & consequentiam significare. Non enim eorum illi causam odio Christum habuerunt, vt sermo ille impletur, sed ex eorum odio confectum est, vt quod scriptura praedixerat, impleatur. Quod & Euthymius hoc loco monuit. Quam praeterea vni hac phrasim habeat, eo loco, quera modo indicauimus, differuntur. Legem vocat non solum illam traditam a Moysse, sed omnem veterem scripturam sacram, vt supra cap. 10. 34. quauis alibi distingui solet, vt cap. 8. 17. & Luc. 24. 44. Quod non simpliciter legem, sed legem ipsorum vocat, saepe quoque docuimus vt cap. 8. 17. & 10. 34. Neque tacitam hac phrasim exprobrationem continet, recte non aliam, sed ipsorum legem futuram eorum malitiam praedixisse; bene eos suo ipsorum Prophecia iam olim notos fuisse, Locutur est, Psal. 34. 9. Non supergaudeant mihi, qui aduersantur mihi, inique quid dixerunt me gratis, & annuntiant oculis. Vb David gratias se, id est sine culpa vlla sua ab inimicis suis odio haberi dicit. Quod Christus aut de se dicitur interpretatur, aut dicitur de Davide in se transferri, atque ad suam causam accommodat. Vnde colligimus multa Davidem, ceterosque Prophecia dicere, quae quantum de ipsi vere, proprieque dicantur, longius tamen spectent ad Christum.

26. Cum autem venerit paraletus, quem ego mittam vobis a Patre Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Quorum haec Christus adiecit, tot fere sententias, quot auctores inuenio. Cyrillus, & vt videtur, Euthymius putant, quia dixerat, neque verbis, neque sententia suis Iudaeos credidisse, totius nunc Trinitatis testimonium allegare. Nam suum quidem a Patre scriptura protulisse, cap. 8. 16. 17. Et si iudico ego, iudicium meum verum est, quia solus non sum, sed ego, & qui misit me Pater; in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est; hic autem testimonium producere Spiritus sancti. Theodori Heraclites, & Theophylactus, quia praedixerat fore, vt mundus odio discipulos haberet, Spiritum sanctum illis promittere, qui laborantibus adfit. At de se, non de Apostolis agit. Leonius, ne de seipso ad gratiam loqui videretur, suspensumque ipsius de se esset testimonium, dicere fore, vt veniens paraletus, quae ipse docuerit, ac fecerit, testimonio suo confirmet. Augustinus, & Beda, quia Iudaeos Christus peccati insinuator, quod se, patremque suum odio gratia habuissent, dicere venturum Spiritum sanctum, qui illos peccati conuincat. Hoc probabilius: quamuis mihi alius videatur esse sensus, illi quidem mihi neque docent, neque miracula facienti crediderunt, neque verba, neque facta mea satis ma-

Saepe dicitur omnia Verba scripturae facta.

Ad Christum spectant multa a Prophecia dicta.

gnam apud illos fuisse testimonium: non deest autem testimonium mihi perhibebit. Paracletum appellauit, quia ad hominum consolationem mittendus erat. Quod dicit, quem mittam vobis a Patre. Spiritum sanctum etiam a Filio procedere certum est argumentum. Nam est aperte non dicit se procedere, fortasse ne arrogantius de se ipso loqui videretur, tamen quia scimus nullam Trinitatis personam mitti dici, nisi a qua procedit: colligimus Spiritum sanctum etiam a Filio procedere, quandoquidem ab illo missus esse dicitur. cum de Spiritu sancto dicitur esse conceptus, nisi quia ab illo non procedit. Quo argumento vitur Rupertus in commentariis ad hunc locum. Quod si haereticorum animaduersiones interpres, non dixisset hunc locum, neque Graecis neque a Latinis ad probandum Spiritus sancti processionem apte citari. Quid ergo est, a Patre a Patre procedentem, vt sitam explicat, aut, quod magis mihi placet, quem mittam ab eo loco, vbi Pater est, a Filio Patris. Atque hoc ad rem attinebat: vt eius commendaret testimonium; illius enim testimonium grauissimum fore, qui ex sinu veniret Patris, omnia mysteria Patria sciens, fidusque legatus neminem falleret. Quae eadem ratione paulo post dicit, Qui a Patre procedit. Hinc alia explicatur questio, cur non dixerit etiam se procedere: quia id apud homines magis inuenire, quam commendare poterat: eius testimonium. Cum enim de ipsonem ageretur, suspectum patris Spiritus sancti testimonium videretur, si dixerat se procedere. Praeterea quod, vt modo diximus, modestius ita loquitur, Spiritum autem veritatis cur appellet, superiori cap. vt. 17. docuimus. Hoc autem loco titulus ille vtiliter illi adhibuit est, quo magis eius testimonium commendaretur. Sequitur, vt dicamus quomodo Spiritus sanctus testimonium de Christo praebuerit. Non voce quidem vlla sua, sed cum in Christi discipulos illapsus, ea per eos omnibus loquebatur lingua, eaque faciebat, qui in credulitatem quemque, vt in Christum crederet, facile permoueret. Spiritus enim sanctus erat, qui per Apostolos omnia & faciebat, & loquebatur: Non enim vos, inquit, estis, qui loquimini, sed Spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.

De processione Spiritus sancti.

Rea in Annotat.

Cum non dicitur Christum a se procedere Spiritum sanctum.

27. Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Spiritus sancti testimonio Apostolorum testimonium adiungit, non tanquam diuersum, sed quod Apostoli Spiritus sancti ministri futuri essent, sicut supra veris 20. eundem sermonem & suum, & illorum appellauit. Cur ergo hanc rationem reddidit, quia ab initio mecum estis, quia prater Spiritus sancti testimonium ipsorum etiam testimonium plus erat ponderari habiturum, quod vere possent dicere, quod Act. 10. 40. 41. Petrus dicit, Hunc Deus suscitauit tertio die, & dedit eum manifestum fieri, non omni populo, sed seorsum praedictum a Deo; nobis, qui manducauimus, & bibimus cum illo, postquam resurrexit a mortuis, & viderit, & praesentiam, sed ipsulorum factis illius magnitudinis, & quod ait Ioannes prima epistola capite primo proximo. Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod percipimus, & manuum nostrarum contrectauerunt de verbo vitae, annuntiamus vobis. Itaque quod quidam veruntur

Matth. 10. 41.

telis

testes estis, testes estote, nequam probis; nam A sancti, & Apostolorum testimonium praeterito suo licet eundem eandem, & vt praeferam verbum esse possit: tamen non dubito iudicatum esse positum pro futuro, vt supra vers. 14. opposit futurum Spiritus

CAPVT XVI.

**H**ec locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Absque synagoga facient vos sed veniet hora, vt omnia qui interficiunt vos, arbitretur obsequium se praestare Deo. & hac facient vobis quia nonauerunt Patrem, neque me. Sed haec locutus sum vobis, vt non veniet hora, eorum remissionem, quia ego dixi vobis. Haec autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram: Et nunc vado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me. Quovadidit? Sed quia haec locutus sum vobis, tristitia impleat cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis: ex pedit vobis, vt ego vadam sine sinu non abiero, Paracletus non veniet ad vos, si autem venierit, mittam eum ad vos. Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem: quia non crediderunt in me. De iustitia vero: quia ad Patrem vado: & iam non videbitis me. De iudicio autem: quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, non in loquetur a semetipso, sed quaecumque audierit loquetur, & quae ventura sunt annuntiabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Omnia quaecumque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Modicum, & iam non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad Patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem: Quid est hoc, quod dicit nobis Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, & quia vado ad Patrem? Dixerunt ergo: Quid est hoc, quod dicit, Modicum, & nescimus, quid loquitur. Cognouit autem Iesus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc queritis inter vos quia dixi, Modicum, & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me. Amen, amen dico vobis: quia plorabitis & flebitis, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mater enim parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem pepererit puerum, iam non meminit pressuram propter gaudium: quia natus est homo in mundum. Et vos itaque nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Et in illo die me non rogabitis quaquam. Amen, amen dico vobis: si quis petierit Patrem in nomine meo, dabo vobis. Vtque modo non petistis quidquam in nomine meo: Petite, & accipietis, & gaudium vestrum sit plenum. Haec in praerubus locutus sum vobis. Venit hora cum iam non in praerubus loquar vobis, sed palam de Patre annuntiabo vobis. In illo die in nomine meo peccatis: & non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis. Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amatis, & creditis mihi, quia ego dixi deo exiui. Exiui a Patre, & veni in mundum, & vado ad Patrem. Dicunt eis discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris, & proverbum nullum dicis. Nunc scimus quia scis omnia, & non opus tibi, vt quis te interroget in hoc credimus quia a Deo exiisti. Respondit ei Iesus: Modum creditis: Ecce venit hora, & iam venit, vt dispergamini vni, quisque in propria, & me solum relinquantis: & non sum solus, quia Pater mecum est. Haec locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum.

IN CAPVT XVI.

**H**ae locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Ius qui haec nec ad ea referant, quae Ioannes ante narrauit, nec ad ea, quae paulo post dicitur esse: sed ad id, quod apud Matth. Christus dicit, e. 26. 31. Omnes vos scandalum patiemini in me ista nocte, quod et si Ioannes non recitauit, erendum tamen est ante haec verba Christum dixisse. Ergo nunc ratione reddere, quam obrem ante dixisset illis fore, vt omnes illa non scandalizarentur, vt minus, nimirum moniti, scandalizarentur. Ita Rupertus. Alij ad sequentia referunt, Absque synagoga facient vos, propterea vobis praedico, ne eum id eueniret scandalizemini, vt Beda in homilia in haec verba. Alij ad id, quod de Spiritu sancto modo dixerat, vt Aug. & idem hoc loco Beda, & Euthy, quasi dicat propterea Spiritum sanctum venturum dixi, vt cum mundus vos persequeretur, bono sicut animo scientes vos Spiritum sanctum adiutorem, & paraletum, id est consolatorem vobiscum habere. At Christus non propter Apostolos, sed propter se Spiritum sanctum venturum dixerat, vt de se testimonium perhiberet. Cyrillus, Theodor. Heraclites, & Mopsuest. & Theop. referunt ad id, quod superiore c. ver. 8. de mundi in Apostolos odio, atque persecutionibus dixerat. Haec inquit, quae de mundi aduersus vos persecutionibus dixi, propterea dixi, ne, si impronisa vobis euenissent, scandalizarem: id est animo perturbati de fide dubitaretis. Na praesens minus tela ferre solent. Praesentem enim a me, qui d vobis euenturum sit, tantum abest, vt cum id eueniret, occasione m vllam de fide dubitandi, aut animi abiciendi habeatis, vt potius magnum & fidei, & consolationis argumentum sitis habituri, quod videatis omnia, quae modo modum vobis praedixi: scilicet, euenire. Hic verus est sensus. Itaque quisque Euangelista capia dicitur, & nescio quam commode in initium hic fecerit c. 16.

2. Absque synagoga facient vos, sed veniet hora, vt omnia qui interficiunt vos arbitretur obsequium se praestare Deo. Ne sine causa dixisse videretur, haec locutus sum vobis, vt non scandalizemini, proponit illis exempla aliorum eorum persecutionum, quae passuri essent, vt a Iudaeis.

Sup. 16. 14. Mat. 7. 2. 7. 31. c. 22. Mat. 11. c. 24. Luc. 11. 8. 9. Luc. 1. 1. 3. Mat. 6. 2. 31. Mar. 14. 6. 38.

Judaorum synagogis tanquam homines execrabiles eicerentur, hoc est, a vobis eiciuntur. Hoc est apud nos est excommunicare. Iam enim Iudaei non sperant, ut si quis eum cogeretur esse Christo, extra synagogam ferret, cap. 9. 22. Proponunt questionem Augustinus, & Beda. Quid mali, ut loquitur Augustinus, erat Apostoli expelli de synagoga Iudaeorum, quasi non inde fuerant se separaturi, etiam si eos nullus expelleret? Respondent mysterii causa hoc dictum esse. Sed nimirum, inquit, vos voluit denuntiare, quod Iudaei Christum non fuerant recepturi. Simplicius, ut opinor, respondissent Christum hoc non dixisse, ut significaret hoc Apostoli male futurum esse, sed ut doceret, quae eos Iudaei odio essent persecuti. Nulla enim res magis odium in aliquo suum declarare poterat, quam si eum tanquam hominem Ethnicum, & aethiura synagoga sua prohiberent. Particulam sed, quae statim sequitur, nescio an facit quicquam explicaverit. Vidit Augustinus, & Beda etiam non bene coherere; ceterum nescio an sentium, vimque eius viderint, putant enim significare gaudendum discipulis esse, quod eiecisti a synagoga plures essent ex gentibus ad Evangelium adducturi. Cyrillus, Leonius, Theophylact, & Euthymius hoc sensu exponunt, non solum autem vos ex synagoga suis eiciunt, sed venit etiam tempus, quo tempore quisquis vos interfecerit, magnum Deo sacrificium offerre poterit. Rupertus vero, extra synagogas quidem iam vos eiciunt, venies autem tempus, cum etiam de hac vita eiciet, et dicitur enim, Absque synagoga facientes vos venit enim tempus, ut omnes, qui interfecerint vos, arbitretur obsequium se prestare Deo. Itaque si doceremus solere in sacris litteris ad id accipi pro aut, sequitur, aut enim nemo dubitabit, ita hoc loco accipi debere. At qui observavimus in Idiomaticis septuaginta saepe solere, ubi Hebraica est *quasi* autem, vertere *ad id* sed. Regum 6, 3, & 8, 7, & 2. Regum 13, 23, & 2. Regum 24, 24, & 3. Regum 22, 18, & 2. Paralip. 6, 9. Dictionem autem *ut* ut, alij ante me no tarunt accipi pro *quando*, ut etiam infrascriptis 32. Non potest vera dicentem quamvis malum auctorem sequi. Quod nos interpres reddidit obsequium, Graece *λατρεια* est, quod Dei significat cultum, quale est sacrificium, itaque hoc loco proprie pro sacrificio accipi puto, ut ad Apostolorum alludat mortem, qui tanquam *ovis occisionis* mactandi erant, ita ut quisquis aliquem occideret eorum, gratiam se Deo victimam putaret occidisse. Accedit, quod ubi nos interpres vertit *praeferre*, Graece est *προσφέρειν*, quod proprie significat offerre sacrificium. Nam & sacrificium ipsum Graece *προσφορα*, sicut Latine oblatio vocatur. Docet igitur Christus his verbis, quanto in periculo Apostoli versaturi sint, quando non solum impune, sed veluti magno etiam proposito praemio, quisquis voluerit, illos facultatem habuerit occidendi. Non fecus atque homines ob execranda scelera proscriptos, in quorum caput magnum praemium proponi solet. Sic dixit Moyses illis, qui idolostris occiderant, Exod. 32, 29. *consecratis manus vestras hodie Domino unusquisque in fratre, & in fratre, similis locus Deut. 13, 9, & 17, 25, & Zach. 13, 3.*

Trad. 33.

Summum malum. Iudaeorum opinionem ab eorum expelli synagoga.

Ad id sed pro dei aut pro quia aut enim frequenter scriptis 32. pluraginta.

que patrem, quem tot miraculis cognoscere possissent, ignorarent. Sed hac locutus sum vobis, ut cum venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis. Hoc etiam loco videtur dictio aduerbata, sed non bene coherere. Et Cyrillus videtur interpretari, hae que de Iudaeorum in vobis persecutione dixi, non dico dixi ut animu abieciatis aut tristitia eobisciamini, sed fortius infantia mala sustineatis, scientes a me esse praedicta, postquam me, qui ea ante venirent, videri etiam venerim, vos ab illis liberare. Melius Rupertus. Haec inquit, facient vobis sed vos consolamini. Na idcirco nunc a praedico vobis, ut cum venerit hora eorum, reminiscamini, quia ego dixi vobis. Et reminiscite illud quoque non obliuiscamini, quod pollicitus sum, quia in omnibus pressuris, nec capillus de capite vestro peribit. Et immixti occiditibus corpora, in patientia vestra possiditibus animas vestras. Ceterum neque hic verus videtur esse sensus, non enim eorum, quos iam olim, sed eorum, quae illis modo dixerat, iubeo eos, cum ea venerint mala, reminisci. Sensus ergo mihi videtur esse. Illi quidem hae facient, necideo ea vobis praedixi, ut vitaretis, nec enim poteritis, sed ut cum venerit hora reminiscamini me id vobis praedixisse, in quoque grauius praedixi feratis, ut ver. 1. dixerat, *Non scandalizemini*, ut Theodorus Heraclotes videtur exponere. Aliquantum vero aliter Chrylstonus, Euthymius, & Theophylactus, ut recordati hae a me praedicta fuisse, intelligatis me non ad gratiam, sed veritatem, utilitatemque vestram locutum esse, si enim ad gratiam loqui voluissem, non aduersa, sed prospera denuntiarem, ut solet adulatorum factor, & si videntes remita, ut praedixeram, euenssisset, ex his cetera etiam credenda quae vobis futura dixi. Genitium enim Augustinus, Beda, & Rupertus iungunt cum nomine hora, ut cum venerit hora eorum, neque sensus malus est, sed reuelus coniungitur cum verbo, *Reminiscamini*, ut coniungunt omnes auctores Graeci, Chrylstonus, Theophylact, Euthym.

5. Haec autem vobis ab initio non dixi quia vobiscum eram. Duplex in his verbis quaestio est, altera quae ea esse dicat, quae significat se illis ab initio dicere se voluisse, altera, qualis ista sit ratio, quam afferat, quia vobiscum eram. Augustinus, & Beda, & Rupertus hac ad ea referunt quae Christus de aduentu Spiritus sancti discipulis dixerat, e. 15, 26. quasi dicat de aduentu Spiritus sancti nihil vobis ab initio dixi, quia cum vobiscum essem, alio vobis paracletico opus non erat, nunc autem cum discedendum mihi sit, necessario de aduentu Spiritus sancti differendum vobis fuit, ne desereret relinqueret videre enim. Graeci omnes auctores Chrylstonus, Theodorus Heraclotes, & Mopsuest. Cyrillus, Leonius, Theophylactus, & Euthymius referunt ad ea, quae de mundi in Apostolos odio, & persecutionibus dixerat, ea se ab initio non dixisse, quia dum opus non erat eos futurarum praemonere per secutionum, quia cum illis adhuc esset, per se protegere, & sustentare in omni periculo poterat. Sed hac ipsa solutio aliam maiorem quaestionem gignit, quomodo dicat nihil se illis de futuris dixisse per secutionibus, cum apud Math. e. 10, 16, 17, 18, 23. iam copiose de illis locutus fuisse. Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum, Caute aut ab omnibus ita det. vos in concilio & in synagoga suis flagellabunt vos, & ad praesides, & ad Reges ducemini, in testimonium illis. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Duobus modis Theophylactus respondet, primum, ille nullam mortis mentionem fecit, sed tantum dixit fore, ut ad Praesides, ac Reges ducerentur, hic autem dixisse venisse tempus, quo tempore quisquis eos occideret, exultaret obsequium se prestare Deo. Dein de illud

Lit. 12.

Math. 10. 16. Luc. 11. 30.

Sup. 16. 18. Sup. 20. 12.

Quae sint qua ab initio Christus apostolis non dixit.

de gentibus, hoc de Iudaeis intelligendum. Priorem responsonem probare non possum; facti enim illic magnum de morte mentionem fecit, cum dixit, Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. De secunda paulo post dicam. Euthymius vero respondet, quamvis utroque in loco de morte locutus fuerit, tamen aliquid hic dixisse, quod illic non dixerat, nempe fore, ut quisquis eos occideret, arbitraretur se obsequium praestare Deo, atque adhuc tantum verba referendum esse pronomen illud hae, cum dicit, Haec autem vobis ab initio non dixi. Alij existimant illa, quae de hac re Mathaeus narrat, non fuisse tunc a Christo discipulis dicta, sed instante passione sicut haec, aut post resurrectionem, cum eos non iam inter Iudaeos, sed in totum terrarum orbem ad praedicandum mitteret Evangelium, quod est grauem nullum habet auctorem, probabilis est, quae modo ex Theophylacto, & Euthymio recitauimus. Nam quod apud Mathaeum dicit, Ad praesides & Reges ducemini, certum est argumentum non de Iudaeis, qui Regem iam non habebant, nisi Caesarem, sed de gentibus agi, quorum multi erant Reges. In prima autem illa missione Apostoli non ad gentes, sed ad solos Iudaeos missi sunt. In riam, inquit, gentium ne abieritis. Et in ciuitate Samaritanorum ne introieritis. Matth. 10, 5. Vnde Theophylacti sententia refutatur illic de Gentilibus, hic de Iudaeis agi per secutionibus. Hinc secunda explicatur quaestio, quid ista ratio, quam Christus reddidit, sibi velit. Quia vobiscum eram, nimirum non erat opus periculosos ad monere, quia me ducent habebitis; nunc autem cum me abeunte soli maneat, monendi mihi fuisset, ne vos venientia subno pericula improbos, & nec opinantes opprimerent. Quid ergo? an non etiam enim hac diceret, cum illis crastis animi loquitur, quia iam cum illis non esset. Quia vobiscum, inquit, eram; erat quide n, sed quia ita erat, ut paulo post discessurus esset, ita loquitur, quasi iam discessisset sicut qui morti proximus est, ita de se, quasi de homine iam mortuo loqui solet.

6. Et nunc vado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Haec verba nonnulli a praecedentibus omnino disiungunt, quasi nouis inchoata sententia dicit. Nunc autem sum ad Patrem eam, nemo tamen vestrum interrogat me, quo vadam. Atque ita videtur August. Rupertus & Beda legere. Contra auctores omnes Graeci eum praecedentibus iungunt, ab illis pendere volunt. Haec autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram, nunc autem cum ad Patrem eam, vobis dixi, quamuis nemo vestrum interrogat me, quo vadis? Nemini hic non occurrit statim quaestio, quomodo reprehendens Apostolos dicat, Sed nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? cum & Petrus non multo ante cap. 13, 36. interrogasset, Domine quo vadis? & Thomas cap. 14, 5. Domine nescimus quo vadis. Et quomodo possimus uiam scire? Rupertus respicit sensum esse, aeternam me ad mortem ire signifi carem, inter rogabit me, quo vadis? quasi quomodo tandem irem secuturi; nunc autem cum ad mortem me ire videas, nemo me, quo vadam interrogat, quasi non de sequendo me, sed desistendo, fugiendoque cogitantes. Sententia minus probabilis, non enim ad mortem, sed ad Patrem ire se dicebant, neque magis Augustini, & Beda interpretatio conuenit, Christum non de praeterito, sed de futuro loqui; haec enim interrogabit me, quo irem, quae o rem ignorabit, nunc autem nemo vestrum, quo vadam, interrogabit, quia omnes vos ad ascendendum me vestris oculis videbitis in caelum. Duo Theodori Heraclotes, & Mopsuest. Leonius, & Theophylactus putant repre-

sentionem esse tristitia; haec enim cum de meo vobiscum discessu loquebar, qui competer ad huc eratis vestri interrogare solebati me, quo ire, nunc cum de futuris in vos per secutionibus locutus sum tanto illis oppressi morore, ut quasi consili meriti que inopes fuis, nemo me roget, quo sim iturus. Euthymius duobus modis respondet, primum non significare neminem interrogare, quo iret, id enim vti diximus, non semel interrogauerant, sed quid ageret vadens, seque relinquent. Deinde non reprehendere discipulos, quod non interrogassent, quoniam iret; sed quod cum id interrogassent nec satis tamen ex sua responsonne, quo iret, intellexerissent, non pergerent; instanterque iterum atque iterum, donec perfecte discerent interrogantes. Quam interpretationem etiam Cyrillus adhibet; eum omnium probabilissima.

7. Sed quia haec locutus sum vobis, tristitia implebit cor vestrum. Intellectus huius loci in vti partibus aduerbatae consistit, sed, quam nemo mihi videtur obseruasse. Si Theodori Heraclotes, & Mopsuest. Leontij, & Theophylacti, quam modo recitauimus, interpretatio vera esset, sed pro enim non neretur, ut verba s. docuimus frequenter fieri solere, ut esset sensus, ideo nemo vestrum interrogat me quovadis, quia tristitia implebit cor vestri. Sed quia eam illic interpretationem fecerunt non sumus, alia quoque quaerenda hic nobis est. Ego sic interpretor, nemo ex vobis interrogat me, quo vadis de rebus futuris, de caelo, de vita beata scilicet, sed de dixi omnes in terram, nihil in elius quam corporalem meam praesentiam cogitantes ad mentem discessit a vobis mei tristitia repleti estis. Hoc est meo iudicio, Sed tristitia implebit cor vestrum.

7. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, ut ego vadam. Ecce aliud sed, in quo similiter huius loci sententia consistit. Sensus autem, ut opinor, est Tristitia implebit cor vestrum ob discessu meum, sed si intelligeritis, quid vobis commo di me sit puenitur, non tristemini, sed vobis enter gaude retia, expedit enim vobis, ut ego vadam. Cur autem expedit, statim declarat. Quod ait, veritatem dico vobis, prouidet est ac si dicat, quamuis in eundem vobis non sit audire, dicam vobis tamen quod res est, ut Theodorus Mopsuest. Leonius, & Theophylactus interpretantur.

Si enim non abiero paracletus non veniat ad vos, si autem abiero, mittam eum ad vos? Propterea dicit expedit illis, ut ipse abeat, quia expediebat utique eis, ut paracletus ad eos mitteretur, qui nisi ipse abiret mitti non poterat. Sed de hac ipsa quaestio est, quomodo Christus significet Spiritum sanctum, nisi ipse abisset, venire non posse. Rupertus interpretatur ideo venire non potuisse, id est non conuenisse, ut veniret, (sic enim intelligimus, cum dicimus non potuisse,) quia si Christus non abiret, id est moreretur, nulla consolationis materia futura erat, qua enim de re Spiritus sanctus Apostolos consolaretur, si nullam tristitia causam habuissent; nullam autem habuissent, si Christus non discessisset. Paracletus enim non nisi ad fungendum officium suum, id est ad consolandum venire poterat. Non probo rationem, si enim non ob aliud, quam ut consolaretur, Spiritus sanctus uenturus erat, ideoque non nisi abeunte Christo venire poterat, tanto magis Apostolis expedisset, ut Christus non abiret, quam ut Spiritus sanctus veniret; quanto satius est non agrotare, quam cum agrotauerit a medicum habere. Atqui Christus affirmat expedire discipulis, ut ipse abeat, Theodorus Mopsuest. Leont. & Theophylactus putant non potuisse venire, nisi Christus abiret, quia septa illi, & impedit erat

Auctori in se praetor quo et cum in huius est.

Quomodo Spiritus sanctus non potest, nisi Christus abisset.

erat via, quam oportebat per Christum prius ex-  
planari. Nec enim Spiritum sanctum in homines  
peccato adhuc obstratos venire potuisse, peccatum  
autem non nisi per abitum, id est per mortem  
Christi removeri potuisse. At Christus non dicit se  
ad mortem, sed ad Patrem ire, & poterat soluto  
per mortem, & resurrectionem suam peccato &  
manere ipse perpetuo cum Apostolis, & ad eosque  
venire Spiritus sanctus. Augustinus, & Beda hoc  
locus Greg. lib. 8. Moral. cap. 17. & Bernardus  
serm. 6. de ascensione Domini, ad allegoriam in-  
clinant: si non abituro a vobis carnis non habe-  
bitis Spiritum. Sed praestat Augustini sententiam  
Augustini verbis exponere. *Expedi*, inquit, *vobis*, ut  
haec forma serui auferatur a vobis. Caro quidem factum  
verbum habito in vobis, sed nolo me carnaliter adhibere  
dignitas christi lacte contenti, semper infantes esse cupiat  
expedi vobis, ut ego vadam, si enim non abiero, paraclitus  
non veniet ad vos. Si alimenta tenera, quibus vos al-  
ui, non subtraxero solidum cibum non esturietis. Si car-  
ne carnaliter habitus, capaces spiritus non eritis: nam  
quid est, si non abiero paraclitus non veniet ad vos: si au-  
tem abiero, mittam cum ad vos. Non quid hic positum est  
non poterat mittere? Quis hoc dixerit? Nec enim vbi il-  
le erat, ista inde recesserat. Et sic veniet a Patre, ut non  
maneret in Patre. Postremo quo modo cum etiam hic  
constitutum non poterat mittere, quem scimus super eum  
baptizatum versisse, atque mansisse, imo vero a quo scimus  
eum nunquam separabilem fuisse? Quid ergo est, si  
non abiero paraclitus non veniet ad vos, nisi non potestis  
capere spiritum quam dum secundum carnem persequitur  
nosse Christum? Unde illi, inquit, qui iam caperat spiri-  
tum, et si nonaueramus, inquit, secundum carnem Chris-  
tum, sed nunc iam non nominamus. Verum ego sensum  
esse iudico, quem Euthymus, quod sciam solus in  
dicitur, non significasse Christum Spiritum sanctum  
absoluto venire non posse, nisi ipse prius ab-  
iisset. Eo numero poterat, sed postea diuina prou-  
dentia decreto non posse. Si enim Trinitatis procuran-  
de salutis hominum perarentur, Pater mittendo  
Filio, trahend sp hominibus ad eum; Filius docen-  
da redimendis, liberandu hominibus: Spiritus  
sanctus sanctificandis, & variis diuini donis  
locupletandis, has eu que vices fuisse, suum cui-  
que tempus, suam quemque egisset personam; ita-  
que nisi Christus abiret, & de theatro quodammodo  
discederet, Spiritum sanctum venire non pos-  
set. In haec sententiam Euthymius. Plus etiam  
quiddam significari mihi videtur, nisi ipse abeat,  
Spiritum sanctum venire non posse, quia futurus  
non sit, qui eum mittat, & nisi mittatur non esse  
venturum; neminem autem posse eum mittere  
praeter se. Hoc enim indicat, quod sequitur. Si autem  
abiero, mittam eum ad vos, cum enim ratio pos-  
sibile videretur, ut diceret, si autem abiero, ve-  
niet ad vos, sicut dixerat, Si non abiero, non veniet  
ad vos, maluit dicere: Mittam eum ad vos, ut causam  
indicaret, quare si ipse non abiret, ille venire non  
posset, quia sine se nec eum poterat mittere. Quid  
ergo? an Spiritus sanctus venire non poterat, nisi  
missus a Patre mitti non poterat? & an Chris-  
tus ipse etiam non abiret, eum mittere non po-  
terat? Poterat quidem, nec enim coactus venit: sed  
dicitur venire non potuisse nisi missus, quia mitti  
viam personam ab alia est ab ea procedere, & in  
mundo v. sibiliter apparere, & non potest Spiritus  
sanctus a Filio non procedere. Cur ergo dicit se  
potius quam Patrem missum esse, cum non so-  
lum a Filio, sed etiam a Patre procedat? quia ipse  
non solum eum misit, sed etiam meruit, ut  
mitteretur, & quia non solum mittit tanquam  
principium, ex quo procedit, sed alio etiam pecu-  
liari modo tanquam caput, tanquam summus Pof-  
tref, tanquam rector ecclesiae, cuius officium est,

Trad. 94.

Matt. 16. Sup. cap. 1. 32-33.

a. Cor. 5. 16.

Euthymio. qua notatur auctori.

Quo sensu dicitur Spiritus sanctus non potest nisi missus a Christo.

non potest nisi missus a Christo.

ne quid illa ad perfectionem desit, operam dare:  
propterea significat, nisi ipse mittat, venire non  
posse. At cur non poterat mittere, etiam non ab-  
iret? Poterat, sed loquitur, ad opinionem, & morem  
hominum, qui quoniam vbi sunt non sunt, & alibi  
quam vbi sunt agere non possunt, cum aliquid re-  
moto in loco agendum est, necesse est ut eo profectus  
tur. Alia adhuc manet quaestio, quomodo dicit Chris-  
tus expedire discipulis, ut ipse abeat, quod alioqui  
paracletus venturus non sit, an paracletus melior  
erat ipse? Minime vero, sed ut diximus, suum cui-  
que personam in procuranda hominum salute as-  
signatum erat officium; Christi munus fuit pecca-  
to homines liberare, Spiritus sancti diuini cum sa-  
lare donis; expediebat autem mirum discipulis,  
ut non a peccatis tantum soluerentur, sed etiam  
complerentur diuini donis. In quam sententiam  
Theodorus Heraclita & Mopsuesti, & Anastasi-  
us, ex D. Basilio q. 69. edisserunt, nisi quod ille pri-  
or non ad dona, sed ad doctrinam refert, expedi-  
re illis, ut Spiritus sanctus veniret, quod quis Chris-  
tus propter ipsorum iustitiam non decessisset,  
ille doctorus esset, itaque non efficitur ex hoc lo-  
co spiritum sanctum Christo esse maiorem, sed il-  
lud certe contra Macedonianos efficitur minor  
non esse, cum opus Christi perficitur. quem admo-  
dum Chrysolomus, & Theophylactus disputant.

**S.** Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, &  
de iustitia, & de iudicio, Incidimus in locum, quo  
vix alius apud vltimum Euangelistam est aut maior  
impeditur difficultate, aut maior interpretatio-  
num varietate perplexus, & diligentem interpre-  
tem, & attentum lectorem postulat. Est autem hic  
versus cum tribus qui proxime sequuntur ita con-  
nexus, ut nisi explicatis illis explicari non possint, itaque  
omnes simul explicare necesse est. Primum viden-  
dum, quorsum Christus hoc dixerit: nam & hoc  
ipsum ad faciliorem huius loci intelligentiam ali-  
quid pertinet. Minime dubium est, qui voluerit  
docere Christus, quid vultus est aduenit Spiritus  
sancti consecutum esset, quae admodum  
Chrysolomus, Cyrillus, & Theophylactus expo-  
nunt. Dixerat quas turbas mundus aduersus Apo-  
stolos excitaturus esset, docet nunc, quid illis vir-  
tutis Spiritus sanctus sit allaturus, hoc nimirum  
ut pro ipsa pugnet, ut ipsorum conuincat hostem,  
hoc est arguat de peccato, se pro illis cum diabolo  
pugnasse. Spiritus sanctum cum mundo pro-  
pugnasse pugnaturum. Duo pro nostra salute pugna-  
runt paria, Christus & Diabolus, Spiritus sanctus,  
& mundus, Christus & Diabolus, Spiritus sanctus  
mundum superauit. Ergo ut ad explanationem  
huius se accedamus, in singulis verbis singulae  
minimam difficultates, in nonnullis plures etiam  
sunt. Quaeque autem sunt verba arguere mundum,  
de peccato, de iustitia, de iudicio, quae singula oportet  
excutere. Quod nos interpres vertit arguere, in  
Graeco dicitur est, quod quemadmodum arguere, quod signifi-  
Latine, non solum acculare, aut accusandum con-  
uincere, sed quoque etiam modo rem aperte do-  
cere, & demonstrare signifiat. Itaque cum dicit  
Christus, arguet de iustitia, non significat opinor fa-  
re, ut Spiritus sanctus iustitiam mundum accuset,  
quia enim virtutis accusatur, sed fore ut iustitia de-  
monstretur, ac planam faciat. Possit quidem hoc ver-  
bum ambigere sumi, ita ut primo loco accusare,  
atque conuincere duobus sequentibus de con-  
firmare significaret, idque, ut saepe diximus, a con-  
suetudine Christi non abhorreret; sed cum ea am-  
biguitas nulla hic vis, nulla singulari gram-  
maticae esse habitura, malo eodem modo semper ac-  
cipere, & cum perspicuum sit secundo loco non si-  
gnificare accusare, sed demonstrare, idem pri-  
mo,

Macedoniae reseruat.

Matt. 8. 2. Sup. cap. 1. 32-33.

mo, & tertio loco significare credendum est, itaque  
non est sensus arguet, id est accusabit aut eum per-  
aget peccati mundum, sed peccatum illi ob o-  
culos ponet, ut negare, ut tergiversari non possit.  
Sequitur nomen mundi: quomodo dicitur, qui pro  
peccatoribus, & mundanis hominibus accipitur,  
ut supra capite 15. 19. & 14. 17. 22. 27. 39. Sed  
nonnulli ad solos referunt Iudaeos, qui peccati  
crux fixi: Christi arguendi sunt. Fateor quidem ad  
eos hoc praecipue pertinere, sed ad solos pertine-  
re non arbitror, quem admodum, & Rupertus ad-  
monuit, quia, ut postea didicimus, non de eo,  
aut certe non de eo tantum peccato agitur. Lo-  
mino igitur peccati duplex est questio, cuius, & qua-  
le peccatum intelligatur. Ipsi mundi peccati un-  
telligi manifestum videtur esse, itaque id ab om-  
nibus tanquam certissimum ponitur; sed postea  
docebitur generaliter accipiendum, tanquam si  
diceret, Spiritus sanctus declarabit vter nostrum  
peccator sit, ego, an mundus, qui me peccato-  
rem solus appellat. Quae autem peccatum intel-  
ligat, de eo nonnulli inter interpretes discussio  
est. Nonnulli, ut modo dicebamus, peccatum il-  
lud significari volunt, quo Christum Iudaei cruci-  
fixerant iuxta illud Zachar. duodecimo, decimo,  
& Ioann. 19. 37. Videbunt, in quem transfugerunt,  
& illud Petri Act. 2. 35. 37. Certissime sciat omnia do-  
mus Israel, quia & Dominum eum, & Christum fecit  
Deus, hunc Iesum, quem vos crucifixistis. Hu audita  
compuisti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad re-  
liquos Apostolos, Quis faciemus viri fratres? Hoc e-  
nim uero esse arguere de peccato, cogere certis ar-  
gumentis peccatum conuenit. Sic Martinus Victori-  
nus libro quarto aduersus Arianum. Ceterum cum  
has sententia non bene conuenit illa ratio, quam  
versu nono reddidit Christus, De peccato, inquit, quia  
non crediderunt in me. Quae adducti ratione alij pec-  
catum, quod vocant inuidiam, significari pu-  
tant, arguendum quod esse huius ipsius peccati mu-  
dum, quod in Christum credere noluerunt. Prae-  
cipuus huius sententiae auctor est Augustinus, quae  
suo more Beda sequitur, eodemque modo inter-  
pretatur videtur Chrysolomus, Theophylactus,  
& Euthymius, quae recepta vulgo sententia. Mi-  
hi nullum certum peccatum videtur insinuari, sed  
generaliter illud significari peccatum, quo ante et  
iam, quam Christus veniret, totus mundus obstratus  
tenebatur, itaque non docet Christus fore, ut  
Spiritus sanctus vltus in se admitti, postquam ve-  
nit, peccati mundum coarguat, sed fore, ut mun-  
dus vltus ad mirandum Spiritus sancti operibus agno-  
scat se vetere adhuc tenebatur peccato, cum videret  
non potuisse nisi per Christum ab eo liberari; per Chris-  
tum autem liberatum non esse, cum in illum non  
crediderint. Atque ita intelligenda ratio est, quam  
Christus subiungit. De peccato, inquit, quia non cre-  
diderunt in me, aut ut plerique Graeci codices habent, si  
a viris, quia non credunt quem admodum & Augu-  
stinus, & codex Vaticanus legit: non enim signifi-  
cat propter hoc peccatum arguendum, quod in-  
pium non crediderint, sed propterea peccatum eius  
arguendum, quia non credidit, quae veritas erat, quae  
peccato liberaretur; quae eodem modo 3. 21. 24. dixit,  
Ego vado & quaereto vos, & in peccato vestro moriemini.  
Dicit vobis, quia moriemini in peccato vestro, si e-  
nim non crediderint, quia ego sum, moriemini in pecca-  
to vestro. Videbat enim auctor esse huius interpre-  
tationis, eumque mihi placebit inuenitur; sed  
quia quae sita mihi minime donec auctorem esse  
meliores querebam aliquem, quo meam confir-  
mare opinionem, & ecce an maduerti eodem  
sensu Cyrillum interpretari, eandemque apud  
Leontium, & Theodorum Mopsuesti, explanationem  
intentione; nisi quod Theodorus & ego Chris-  
to, tribuit Spiritum sancto, qui cum ideo venturus

Mundum in proprie-  
tate mundi.

Cum & quale peccatum intelligatur hoc loco.

Trad. 94. tametsi legi ut nos.

esse, ut in Christum credentibus peccata remitte-  
rentur, ostensum erat eos, qui non credidissent,  
in peccato adhuc suo remanere, atque hoc esse ar-  
guere de peccato. Vna hic superflua dubitatio, quae  
ratione Spiritus sanctus hoc ipsum declaraturus  
erat, quod idem de iustitia, atque iudicio quae-  
ri potest. Nempe non verbis, sed factis, non per se-  
ipsum, sed per Apostolos, exterosque Christianos  
quos erat numine suo repleturus. Futurum enim  
erat, ut mundus videns, quae afflatus Spiritus sancti  
Apostoli facerent, imperatos homines omnibus  
loqui linguis, aegrotos curare, suscitare mortuos,  
fateri cogeret Christum, cuius nomine haec om-  
nia facerent, verum mundi, ut illi predicabant,  
salutarem esse, seque in suis manere peccatis,  
quod in illum non credidissent. Hoc in illa Petri  
concione Actorum secundo, trigimesimo, videmus  
accidisse, vbi cum Petrus Christum vni-  
cum esse salutarem docuisset, doctrinamque mira-  
culis confirmasset, compuncti sunt auditores  
corde, dixeruntque ad Patrem, & ad ceteros Apo-  
stolos, quid faciemus viri fratres.

Sequitur ut de iustitia differamus, Et de iustitia,  
inquit, quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me.  
De cuius iustitia loquitur? Sunt qui putent iustitia-  
am hominum intelligi: aut iustitiam certe Christi;  
non eam, qua ipse iustus est, sed qua non iustus effi-  
ci, quali dicit fore, ut spiritus sanctus deo creat man-  
dum esse peccatorem, se vero esse eum, qui iustitiae  
impium, aut eos, qui in se credunt iustos esse, quales  
Apostoli erant, propterea eum prius, cum de  
peccato loqueretur dixisset, quia non crediderunt in  
me, nunc non dicere, quia non videbunt me, sed  
quia iam non videbitis me. In hunc modum Augu-  
stinus, Cyrillus, Theodorus Heraclitus, & Mopsue-  
stus, Beda, & Rupertus. Mundus, inquit Augustinus,  
de peccato quidem suo, de iustitia vero arguitur a-  
liena, sicut arguuntur de lumine tenebrae. Magna pro-  
fecto apud me: proinde ac debet, auctoritas est  
Augustini, sed fateor intelligere me non posse,  
quomodo eum hac eius interpretatione sequen-  
tia verba cohaereant, Quia ad Patrem vado, & iam  
non videbitis me. Explicari quidem id Cyrillus, &  
verque Theodorus, propterea fideles iustificandos,  
quia vadit ad Patrem, & nihilominus erud-  
dunt in eum, quem minime vident, sicut Thomae  
dictum est, Quia vidisti me Thomae, credidisti, beati qui  
non viderunt & crediderunt. Sed hoc ipsum quomodo  
conueniat, non intelligo. Bernar. in partu sermonibus  
ser. 21. omnia refert ad mundum. Spiritus, inquit,  
sanctus arguit mundum de peccato, quod dissimulat, de  
iustitia, quam non ordinat, dum sibi, non Deo eam dat,  
de iudicio, quod usurpat, dum iam de se, quam de alio te-  
mere iudicat. Chrysolomus, Leonius, Theophy-  
lactus, & Euthymius de Christi iustitia interpre-  
tantur, futurum ut Spiritu sancto docente mun-  
dus intelligat Christum, quem peccatorem sole-  
bat appellare, non peccatorem, sed iustum esse,  
atque ex Deo, quando quidem ad Patrem vadat, at-  
que eum perpetuo regnaturus. Atque hoc esse,  
Quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me. Hoc  
auctoribus vehementer assentior, nisi quod dilu-  
cidiorum verborum explanationem desidero: de  
maiore quandam in illa vim latere suspicor.  
Cur enim suam iustitiam non aliter probat, quam  
dicens se ad Patrem vadere? & cur perpetuam  
gloriae suae non alter, quam d. cens, Et iam non vi-  
debitis me? Credo igitur allusisse Christo ad praede-  
dentem suam cum hominibus consuetudinem, quae  
in causa erat, cur illum peccatorem ceteris fuisse  
mundus appellaret, quod carnis eius infirmitatem  
videret, quae occasio auferenda illi erat, cum Chris-  
tus in caelum ascendere, quod certum id futurum  
esset argumentum, eum plus quam infirmum ho-

Spiritus sanctus non veniet ad vos, nisi missus a Christo.

De cuius iustitia loquitur hic locus.

Trad. 94.

Inf. cap. 10.

duorum interpretum.

minem esse; potentem esse Deum, qui sua auctoritate in caelum conscendisset. Hoc est. *Quia ad patrem vado, & iam non videbitis me, iam occasione non habebitis ex conspectu carnis: & infirmitatis meae humiliter de me sentiendi; non enim videbitis me. Cur ergo non dixit, & iam non videbunt me, vt quare Augustinus, cum non de Apostolis, sed de mundo loqueretur? Non loquitur de personis, sed de genere, & non videbitis me, id est homines, quales vos estis, non videbunt me, vt, *Quae vos crucifixis, id est, quem Iudaei, quales vos estis, crucifixerunt, illi enim ipsi quibuscum loquebatur non crucifixerant, Act. 2. 31. & 4. 10. Dixit autem, Non videbitis me potius, quam non videbunt me, quia Apostoli, non mundus eum in caelum ascendente visuri erant, quasi dicat, videbitis me ad Patrem euntem, sed amplius me non videbitis, tollat enim ab oculis vestris, vt Lucas ait Actor. 1. 9.**

Vltimum reliquum est verbum *de iudicio, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.* Eadem de iudicio, quo de iustitia, & peccato quaerenda, cuius, & quale iudicium intelligat. Quidam Christi iudicium significari putant, & actus sumunt, quasi dicat, Spiritus sanctus mundum docebit me iustum iudicem esse viuorum, & mortuorum, cum videat principem suum a me iudicatum esse. In hanc sententiam Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus, Euthymius, & Leontius exponunt. Alij ad Christum etiam referentes, iudicium pro recto mundi ordine, restitutione perditarum rerum accipiunt ex Hebraeorum proprietate, quasi dicat, congnitum mundum de iusto principe suo, qui omnia sursum versus perturbabat, omnia per Christum esse in meliorem statum restituta, Ecce, inquit, nona facio omnia. Malus auditor, qualis sententia sit, doctus lector indicabit. Alij referunt ad mundum sed actus etiam accipiunt pro mundi iudicio, quo ipse iudicat, non quo iudicatur, quo sensu Bernardus paulo supra interpretantem induximus. Alij ad mundum, sed passivum, fore, vt cognoscat mundum iudicium suum, id est suam condemnationem cum videat se iam in suo principe condemnatum. Sic Augustinus, Beda, & Rupertus. Atque hic est verus sensus, sed aliquando magis praetenduntur. Principem huius mundi diabolum appellari dubium non est, & omnes monent, illud vero dixissent, vellem, cur potius dixerit Christus principem huius mundi, quam mundum ipsum damnatum esse, id enim ad intelligendum perfecte sensum pertinebat. Primum quia princeps iam vere damnatus iam victus erat, mundus non damnatus, sed damnatus erat, adhuc enim vivebat, adhuc spes illi erat venis. Deinde, quia se damnatum nisi in suo principe cognoscere non poterat. Denique quia maioris victoriae erat principem mundi, quam mundum ipsum deum esse, atque debellatum. Ita quae fecit Christus, quod solent in bello facere victores, si hostium imperator inscio, vt saepe fit, exereitu ceciderit, sublatum in hastam eius caput hostibus ostentant, vt se mortuo imperatore suo victos esse constentant. At qua ratione hoc ipsum videtur esse? Diabolum mundum cognovit erat? Videns nimirum nullam contra Christum, eiusque discipulos habere potentiam eius nomine de obsequio hominibus pelli, eius prohibitum potestate, ac solo signo eracis eius territa in idolis responsa non dare. Quo argumento veteres illi omnes auctores, Iustinus in dialog. cum Tryphone, & apolog. 1. Tertul. in lib. de corona militis, & lib. ad Scapulam, & in apolog. e. 37. & lib. de spectaculis. cap. de munere, & lib. de idololatria. Origen. lib. 1. contra Celsum, Cyprian. in epist. ad Demetrium, & in lib. de idolorum vanitate, Minucius in Octavio, Lactantius li. 2. c. 6. & lib. 4. c. 27. & lib. 5. c.

*Cuius & quale iudicium intelligat.*

*Apr. 21. f.*

*Quomodo mundum deum esse debellatum cognovit?*

22. & 23. & Athanas. in lib. de incarnatione Verbi a conuincendum mundum id esse Gentiles vsi sunt. Credo satis explanatum est nobis obliuiscite locum; nam nescio quid, quod mihi praetera videor animaduertere, neque quodquam fortassis desiderabit, & debeo mihi ego vltimo referre.

12. *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.* Primum hic illa quae vltimo explicanda nobis esset, quomodo dicat hic multa se habere illa dicenda, quae non diceret, quia portare non poterat, cum e. 15. 15. dixerit, *nam non dicam vos seruos, sed amicos, quia omnia quae audiu a patre meo nota feci vobis, nihil illi eam explicassetis, omnia illis tunc dixisse, non quae ille dicenda haberet, sed quae ferre illi poterat, vt ex multis illis atque Coribz recitauimus, aut quem admodum Augustinus, Beda, & Rupertus intelligunt, non illic de re praerita, sed de futura loquebatur, dixitque se nota se esse omnia, quia paulo post per Spiritum sanctum omnia illa nota facturus erat. Habere hoc loco nec significat posse, vt quidam interpretantur, (multa enim dicere illa poterat, quae nec tunc per se, neque postea per Spiritum sanctum eis dixit,) neque debere non nonnulli illi, sed habere dicenda, id est, decreuisse illi dicere, sed quia ferre non possent, in aliud d. scire tempus per Spiritum sanctum non meliorem quidem quam se magistram, sed commo diore tempore dicenda. Quod autem sequitur, *quae non potestis portare modo, quia iam tanquam rationem asserit, quam ob rem illi ea non dicat, non significat eos pra dolore ferre non posse, sed non d. satis esse idoneos, vt ea intelligerent, quae admodum Christi, Cyrillus, vtique Theodoros, Augustinus, Beda, Theophylactus, Euthym. & Rupertus exponunt. Adhuc enim carnalibus auditorum moribus imbuti erant, nec ab illis nisi per illam spiritus assuetudinem, quam postea receperunt erant, elui poterant, vt Heraclitus interpretatur. Cum enim Christus d. sic ille admodum sermonem ingressus esset, quasi animaduertens aliorum se attingere mysteria, quam quae intelligit ab Apostolis possent, orationis cursum inhibuit. Ita vero inhibuit, vt semel illis certam inueneret fore, vt non longe post illis per Spiritum sanctum d. & Apostolorum studium exierat, vt quae illi spiritus sanctus dicitur erat, auditis experirent sententias ea esse, quae Christus sibi tanquam aliorum spiritum ingenio mysteria dicere nonnullisset, & spiritui sancto apud eos auctoritatem conciliasset, quo facilius illi crederent, qui quae ipse non dixerat, pro se dicitur esset. Quae illa sint, quae tunc Christus non dixerit, quia percipere Apostoli non poterant, promptus est quare ergo quae dicere. Quis enim nostrum audeat, inquit Augustinus, eorum se dicere iam pacem quae illi capere non valebant? Ac per hoc neque a me expectanda sunt vt dicantur, quae forte non caperent si mihi ab alio dicerentur, neque vos ea portare possent, etiam si ego tantum essem, vt a me ista, quae vobis aliorum sunt, audiretis. Et fieri quidem potest, vt sint in vobis aliqui ad capiendam iam idonei, quae alii capere non duntaxat, sed adhuc multa habeo vobis dicere, tamen eorum fert esse nonnulla, sed quae iam sint ista, quae ipse non dicit, tamen vult esse velle praesumere, & dicere. Cauendum autem non solum, nec in errore incurremus temeritatis, dum scire ea volumus, quae fieri non possunt, verum etiam ne dum temeritatis quarendi fugimus, quae scire possimus, negligamus dupliciter hoc loco abuti haereticis sunt. Alij dum ex hoc loco omnia sua commenta probare volunt dicentes non esse quidem a Christo, & Apostolis tradita, quasi tamen per Spiritum sanctum, quem admodum Christus praedixerat, ipsis reuelata, quod de Gnosticis nescio quibus scribit Augustinus, Contra vero Lutheranos, & Caluistarum**

*Trad. 66.*

*Ex hisce non autem sapientia sunt Christi*

*cap. 2.*

*Qui pro qua.*

*Trad. 56.*

*Haereticus quomodo abutitur hoc loco.*

starum interpretes, dum idem nobis, quod illis Augustinus obicit, quod quidquid nobis habet praeter verbum Dei in Ecclesiam inducere, hoc loco stabilitur, aut alij nihil hic noui Christum promittere, quod per Spiritum sanctum Apostolis dicendum sit, sed maiorem tantum eorum, quae ipse dixisset explicationem, sensu verbis Christi penitus repugnantem. *Multa habeo vobis dicere, quae non potestis portare modo, alij quidquid Christus tunc non dixit spiritum sanctum postea dixisse, quae autem spiritus sanctus postea dixisset, ea nobis Apostolos omnia tradidisset. Quid ergo est, Tenete traditiones, quae acceptae sunt per sermonem, siue per epistolam nostram? Theol. 15. Quid est, caetera cum venero, disponam? Cor. 13. 4. Ergo tunc tam stupidi sumus, vt quidquid aut facimus, aut docemus, quod sacra licetis configuratum non sit, continuo id esse dicamus, quod hoc loco Christus se dicit silentio praeritisse? imo docemus cum Augustinus. magne esse temeritatis scire velle, quae ea fuerint, quae tunc Christus dicenda non putauerit, sed in Spiritu sancto magister reuocanda? Sed hoc dicimus ex hoc loco conflare, Christum non omnia dixisse, quae ad salutem nostram putabat pertinere, idem quod fecisse videtur, quod credendum esse, non omnia continuo Ecclesiae reuelasse, quia non omnia portare simul poterat, sed vt a te esse ab ea, ita d. sententia incrementum accepisset. Recte n. dicit Hilarius Sicut Christus olim faciebat, ita nunc Ecclesiam (quam vult esse alio) etate crescit, atque sapientia. Idem ab Apostolis factum, ut non omnia scripto, multa etiam verba quidem voce non traderent, illud ipsi testantur, hoc rationi consentaneum est, siue quia Christi & Spiritus sancti exemplum imitari uoluerunt, siue quod nec dum homines ferre omnia poterant, siue quod omnia tam brevi tempore omnibus in locis docere ipsi ne quibus. Cedo n. illam doctrinam profecto verissimam, quae nobis vobiscum communis est, in Christo vnam tantum personam, duas esse naturas, vnam in Apstoli aut voce, aut scripto aperte tradiderunt? Non est cum Apostolorum vita finitum Spiritus sancti magisterium, doctor pro se a Christo Ecclesiae datus est, donec ipse ad iudicium, id est ad colligendam Ecclesiam uenerit, cuius est officium duraturum. Denique recte illa pro nobis, Tertul. in li. de Monog. hunc locum edisserens respondet. Ergo, inquit, hac argumentatione quidam noui & onerosum Paracleti aduersus poterit, est ab aduersariis spiritui fuerit. Non vitz. Aduersarius enim spiritus ex diuersitate praedicationis apparet, primo regulam aduersariis fidei, & ita ordinem aduersariis discipline, quae cuius gradus prior est, eius corruptela antecedit, id est fidei, quae prior est discipline. Ante quae de Deo haereticus sit, ne esse est, & tunc de instituto.*

13. *Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis, &c.* Gr. *etiam, de id est, quod est in uobis, ut in d. dicit. Peon omnielleno* referret ad nomen spiritus, quia Graece Grammatice ratio non patitur, sed ad nomen paracleti, quod ver. 7. precesserat, itaque magis emphaticus sensus est, ille paracletus, qui (id est quia) spiritus est ueritatis, doctus ut omni ueritatem, aut deducet uos in omnem ueritatem, quem admodum Graece est, & Graeci omnes auctores atque Latini etiam August. legunt, quamquam Latini alij doctus, legunt quem admodum Idoceus Clary in li. contra Varimadum & Rupert. hoc loco. Phobadiphero in li. aduersus Arianos uertit. E narratis omnem ueritatem. Fortasse & nos interpret uertit. Deducet uos in omnem ueritatem, cum uerbum *aduersus* deducet, cum uerbo *aduersus* doctus, vix similitudinem vllam habeat. Nisi forte sensum non uerbum uoluit exprimeret. Sensum autem si ipse d. quid aliud est in omnem ueritatem deducere, quam omnem docere ueritatem? quam qui reddidit, Deducet in omnem ueritatem, Sensum haud dubie magis expresserit. Deducere

enim in omnem ueritatem non significat quoquo modo ueritatem omnem docere, sed iam docere, quod magister discipulum manu ducat, uiam illi accomodat, ad eius ingenium ueritatem ostendat, vt non omnia simul non ordine praeroperet, priusque dissilia, deinde quae facilia sunt tradens, sed contra facilia prius, innoxia & facilia, innoxia quidem tempore prout proficit, prout potest capere. Hoc est id est Augustinus & Beda quomodo Spiritus sanctus omnem Apostolos ueritatem dociturus esset, quam quamuis ipse docere possent, nullatenus possent capere mortales mens. Respondent id non de hac, sed de altera uita intelligendum esse, ubi omnem ueritatem cognitur simus, in quam nunc Spiritus sanctus, donec eo perueniamus, paulatim deducit. Apertius opinor, Euthym. omnem ueritatem intelligi, non generaliter, sed omnem, quae illis conuenit barbare, eodem quae fere sensu Cyril. & Theophyl. Cur spiritus ueritatis appellatur e. 14. 17. d. cum uis.

Non enim loquitur a semetipso, sed quemque audiet, loquitur, Chrysol. & Theophyl. 106. Christum hoc putant addidisse, ne quoniam de Spiritu sancto ita hoc locutus fuerat, vt ubi cum praefere uideretur, quicquam exultimare ipso esse maior. Reddit autem rationem, vt Rupertus ait, quam ob rem Spiritum ueritatis eum appellauerit, quia non loquitur, inquit, a semetipso, quasi a semetipso loqueretur, non ueritatem, sed mendacium locutus esset. Quod quomodo uerum sit, non satis apparet, cum potius uero idem ueritatem dicat, & saltem dicere non possit, quia a semetipso loquitur, cum enim a semetipso loquitur, vt Deus loquitur, cum nihil aliud quam Deus sit: cum autem ut Deus loquitur, mentiri non potest, quod si possit facere, tunc citius non possit, quando non a semetipso, id est non tanquam Deus loqueretur. Queritur igitur ab Aug. & Beda quomodo intelligendum sit, non loqui a semetipso. Si enim in Spiritu sancto, sicut in Christo duplex natura esset, altera diuina, altera humana, aut aliqua alia possemus fortalle dicere tunc ex se ipso loqui, cum ut homo loqueretur, quibusmodum interpretatur, quod de se ipso dicit Christus e. 14. 10. *Verba quae ego loquor uobis, a me ipso non loquor, & quod dixit e. 7. 16. mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.* Cum autem Spiritus sanctus uerba ea quae diuina natura sit, vt D. August. disputat, id dicere non possumus. Respondet igitur idem Augustinus & Beda Spiritum sanctum uobis loqui a semetipso, nihil esse aliud, quam non esse a semetipso: quem admodum ergo non est a semetipso, sed a Patre, & Filio quae procedit, ita non loquitur, nisi quod a Patre, & Filio accepit ab illis procedendo, quem admodum paulo post dicit, *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet.* Vera haec sunt, sed fortasse opus non est tam subtiliter interpretari, cum simplicius dicere possumus nihil aliud esse non loqui a semetipso, quam non loqui contra ueritatem, quae ipse ex Patris locutus esset ueritate, vt Cyrillus, Chrysolomus, Theophylactus, Euthym. & Rupertus interpretantur. Eodem enim modo exposuimus, quod de se dixit, *mea doctrina non est mea, & uerba quae ego loquor uobis, a me ipso non loquor.* Obseruat Rupertus fortasse non incommo de Spiritu sanctum hoc loco tunc opponi uideri spiritibus fallorum prophetarum, qui non ex Deo, sed ex semetipsis Deo contraria loquebantur, Nolite, inquit, audire uerba prophetarum, qui prophetauit uobis, & decipiunt uos, uisus uos d. sui loquuntur, non ex ore Domini. Ierem. 23. 16. In eo Rupertus non probro sententiam, quod interpretatur, *quae uerba audiet, loquitur, id est quemque de me in sacris literis scripta esse scit. Quid ergo est, sed quemque audiet, loquitur? Id eodem modo intelligendum, atque illud de Chilo e. 5. 30. Ego, sicut audio, iudico, & illud d. cap. 2. 16. Ego quae audio ab eo, haec loquor in mundo.*

*Deducere in omnem ueritatem quid sit.*

*Quo sensu Spiritus sanctus a se ueritatem non loquitur.*

*Ver. 14.*

*e. 7. 18. & 14.*

*R.*

modo, illic ergo huius loci explicationem lector  
quare.

Et quia ventura sunt annuntiabit vobis. Quorum  
hoc aditum? Theodorus Mopsuesten. Cyrillus,  
& Theophylactus docent voluisse Christi his ver-  
bis confirmare, quod dixerat, paracletum Spiritu  
esse veritatis, quia etiam futura illis annuntiatus  
esset, ex qua re facile cognoscere, quantis apud  
eos illius testimonium auctoritatis deberet esse.  
Hinc autem collat inter alia divina dona, quod Spiritus  
sanctus in Apostolos effudit, etiam Spiritum illis  
prophetis tribuisse. Quod re ipsa paulo compro-  
batum est, Act. 11. 28. & 28. 29. & 21. 11.

Quomodo  
spiritus  
sanctus  
clarificabit  
Christum.

14. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet. & annun-  
tiabit vobis. Pronomen ille emphasim habet, ille sci  
licet spiritus veritatis, cuius testimonium falsum ef-  
ferre non potest. Ille talis, ac tantus, vt Rupertus ob-  
servavit. Clarificaturum se esse spiritum dicit, siue  
quia, quod ipse de se hominibus non persuaserat,  
se filium Dei, verumque Deum esse, id Spiritus sa-  
ctus vi miraculorum persuasurus erat, vt Graeci re  
ferunt, Theodorus Heraclota, & Mopius, Cy-  
rillus, Leontius, Theophylactus, & Euthymus  
interpretantur, siue vt ipse Christus videtur expo-  
nere, quia de illo accepturus erat, id est eius nomi-  
ne tanquam eius legatus locuturus, vnde fieri certa  
coniectura poterat, quantus esset Christus, cuius  
tantus, tamque admirabilis legatus esset. Hunc ere-  
do verum esse sensum, Augustinus, & Beda alias  
diuisas afferunt interpretationes, quas quo minus,  
qui volent sequatur, non impedit. Ille me clarificabit  
inquit Augustinus, potest intelligi, quia dissuadendo in  
cordibus credentium caritatem, spiritus uel que faciendo  
declarat, cuius modo filius Patri est aequalis, quem se-  
cundum carnem prius tantummodo uouerant, & homi-  
nem sicut homines cogitabant, vel certe, quia per ipsam  
caritatem fiducia repleti annuntiauerunt hominibus  
Christum, ac si fama eius diffusa esset in toto orbe terrarum,  
vt sic dixerit, ille me clarificabit, tanquam dixerit, ille  
vobis auferet timorem, & dabit amorem, quo me arden-  
ter pradicantes gloria mea per totum mundum dubitantes  
odorem, commendabitur honorem. Quod enim saluati  
erant in Spiritu sancto, hoc eundem spiritum dicit esse fa-  
cturum. Quae est etiam illud, Non enim vos estis qui lo-  
quimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.  
Difficile est aliquid, quod sequitur, Quia de meo  
accipiet. Recepta vulgo recentiorum interpretum  
sententia est, quia de meo accipiet, id est, ex me pro-  
cedit, quia de re multis hic apud quosdam, nescio  
quam solidas, nescio quam ad rem accommodatas  
subtilitates inuenio, quas ne recitare quidem vel-  
lim. Tantum dico mihi persuasum omnino esse e-  
um non esse sensum. Cur enim non dixit clarius,  
de me, aut de me accipiet? Cur, non accepit potius,  
quam accipiet, cum processio Spiritus sancti à Pa-  
tre, & Filio, non futura, sed praeterita iam esset? Nā  
est adhuc à quibusdam responderi scio, malim e-  
quidem nihil dicere, quam id dicere quod dicunt.  
Praeterea quomodo ea interpretatione haerere po-  
test, Omnia quae habet Pater mea sunt, propterea dixi,  
quia de meo accipiet? Denique agebatur hic de testi-  
monio, quod Spiritus sanctus de Christo perhibi-  
tus erat, quoque cum erat glorificaturus, quod  
oportebat esse conspicuum, atque manifestum, a-  
lio qui quomodo proprietate illud Christum clarifica-  
re poterat? Processio autem illa essentialis non e-  
rat conspicua, non ergo tamquam argumentum  
afferri potuit, vnde discipuli colligebat Spiritus  
sancti opera in Christi gloriam redundare, hoc e-  
nim erat cum clarificare. Rupertus congruenter  
superiori sententia suae exponit, de meo accipiet, id  
est, de eo, quod de me in sacris litteris scriptum est,  
sed tam alienum hoc à sensu, quam illud est. Ve-  
ragitur interpretatio, quia de meo accipiet, id est,

Tract. 100.

Math. 10.

Ver. 15.

quia meo nomine venit, quia non aliam, quam  
meam vobis, tamquam legatus meus doctrinam  
tradet, propterea enim operum, atque doctrinae  
illius gloriam in gloriam meam redundabit, quod  
est clarificare me, quia meo nomine, & non alia,  
quam mea mysteria vobis tradet, non alia, quam  
mea faciet opera. Cum hoc enim sensu quod sequi-  
tur apte conuenit. Omnia quaecumque habet Pater,  
mea sunt, propterea dixi, quia de meo accipiet, vt itam  
explicabimus. Propterea per futurum dixit, accipiet,  
quia accipere ab eo. est eius mitri nomine, & qua  
si mandatis ab eo acceptis, & nondum missis erat,  
Propterea, dixit, de meo, non de me, quia significa-  
re voluit accepturum de doctrina, & operibus suis,  
quidquid inter homines docturus, quid factu-  
rus erat, non quod etiam ipse ante non haberet,  
sed quia, vt ait Cyrillus, accommodare ad huma-  
num loquitur sensum. Solent enim legati eū à Prin-  
cipe discerunt accipere mandata, quae dicitur,  
quaeque facturi sint. Neque vero nego colligi ex  
hoc loco Spiritum sanctum à Filio procedere, quin  
etiam atque etiam asseuero. Nam vt supra c. 15. & 6.  
docuimus nulla persona mitri dicitur, aut ab alia  
quidquam accipere, nisi ab eo procedat, quantum  
ipsum mitti atque accipere aliud fit, quam pro-  
cedere, illud enim temporale, hoc aeternum est. Cum  
ergo Spiritus hoc loco à Filio dicatur accipere, à  
Filio utique procedit. Nam si ex eo, quod dicit Chri-  
stus, Mea doctrina non est mea, & sic audio, iudico, &  
aliis huiusmodi, quibus significat se nihil facere,  
nisi ex Patris voluntate, recte sequitur illum à Pa-  
tre procedere, & ex hoc profecto loco colligitur  
Spiritum sanctum à Filio procedere. Scimus mul-  
tos etiam id Graecos auctores tradidisse, antequam  
ista peruenissent recentiorum Graecorum orta  
esset haeresis. Ignatium in epistola ad Ephesum, Mar-  
tiale in epistola ad Burdigalenses, Cyrillum Iero-  
solymit. catechesi 17. & Augustinum in Anacrotis  
Chrysothomum homil. 2. & in symbolum Apo-  
stolorum Didymum l. b. 2. de Spiritu sancto do-  
cuerunt, Cyrillum Alexandrinum in epistola quadā  
ad Nestor. de lib. 13. Theodorus, esp. 2. & 3. Intueno  
etiam in Graecorum Caenae egregij auctoris Graeci  
Theodori Heraclota, & Graeca atque antiqua ma-  
nifesta expressam de hac sententiam, quam  
libit hoc loco describere. Ταυτηναις ομοιωσιν  
πρωτος υιου του πατρος διδωσιν οτι οτι υιου του πατρος  
ειναι ομοιωσιν υιου του πατρος, Spiritus enim sanctus  
refertur sicut diuinitati vnguentum, cum eius esset  
essentia, quae eius declararet. Probat etiam Tertullianus  
ex hoc loco Christi diuinitatem, in lib. de Trinitate,  
se enim Deum, de quo Spiritus sanctus dicitur ac-  
cepisse.

15. Omnia quaecumque habet Pater mea sunt, propterea  
dixi, quia de meo accipiet. & annuntiabit vobis. Eo-  
dem modo haec verba, quae superiora intelligenda  
sunt. Reddit rationem Christus, quod Spiritum sanctum  
à Filio dicitur accipere, quod praeferit iam esset, ac  
si dixisset Spiritum suum esse, qui Spiritus Patris  
esse dicebatur, ab eo que quidquid hominibus im-  
partiebat, eredebatur accipere, quia, inquit, omnia,  
quaecumque habet Pater, mea sunt, itaque qui de bonis  
eius accipit, de meis accipit. Cum dicit, omnia quae ha-  
bet Pater, mea sunt, non dubium quin essentiam in  
primis intelligat, propterea enim omnia, quae ha-  
bet Pater, eius sunt, quia & Patris essentia eius est, in  
qua omnia quae Pater habet summam continen-  
ter. Itaque re de Catholicis doctores, qui cum Arianis  
disputant, magnum in hoc loco aduersus illius praes-  
sidium posuerunt, Athanasius, oratione 2. contra A-  
rian. Epiphanius, haer. 69. Gregorius, Nazian. orat. 7. de  
Theologo Didymum, l. 2. de Spiritu sancto, Idacius, li-  
3. aduersus Varin. Augustinus, hic, & sermone 2. de Na-  
tali Domini, Cyrillus, Theodorus, Mopsuest. Leonti-  
& Theo-

940

Verba huius  
istam.

Coloss. 2.

389. 2. 10.

8. 13.

Interpre-  
tio Augu-  
sti Beda,  
qua 8. au-  
ditur.

Theodo-  
rus Heraclota  
de processio-  
ne Spiritus  
sancti.

Totum tem-  
pus huius  
auditionis  
modicum e-  
st bene.

Tract. 100.

941  
& Theophylactus in huius loci commentariis. Loquitur  
A tamen Christus de essentia tanquam de bonis, ac  
possibilitatibus, quae omnia diuina bona, auctori-  
tas, potentia, doctrina, & quae quid est aliud ex di-  
uina manat essentia, quae omnia sua esse dicit, itaque  
non eminem ex Patris bonis posse quidquam accipe-  
re, quoniam ex suis accipiat. In ipso n. esse omnes the-  
saurus sapientiae, & scientiae Dei absconditos, quae  
admodum in hanc sententiam profert Theodorus  
Mopsuest.

16. Modicum, & non videbitis me, & iterum mo-  
dicum, & videbitis me quia vado ad Patrem. Quatuor  
huius loci interpretationes inuenio. Prima est, vt  
non significetur modicum restare tempus vsq[ue] ad  
tempus illud, quo ipsum Apostoli visuri non erant  
sed tempus ipsum, quo cum visuri non erant, mo-  
dicum fore, id est trium dierum spatium, quo in se  
pulchro futurus erat. Quae modicum Alcinus  
apud D. Thom. in Catena, & ipse D. Thom. expli-  
cat in commentariis. Secunda, modicum super-  
esse tempus vsq[ue] ad tempus illud, quo ipsum visuri  
non erant, id est vsq[ue] ad horam mortis, deinde ab eo  
tempore, quo ipsum visuri non erant, modicum  
etiam superesse, vsq[ue] ad tempus aliud, quo visuri e-  
um essent, id est ad mortem vsq[ue] ad resurrectionem,  
vt omnes Graeci auctores interpretantur. Chryso-  
stomus, Theodorus vterque, Leontius, Theophyl.  
& Euthymius. Quam interpretationem probabi-  
lem etiam iudicat Augustinus. Tertia, post modicum  
tempus non quia n. amplius visuros, & post al-  
liud modicum tempus semper visuros, id est, post  
mortem, quae in proximo erat, nunquam ipsi visu-  
ros mortali corpore, & rursum post dies tres se-  
per visuros glorioso & immortali. Sic Ruper-  
tus exponit bonus plerumq[ue] auctor, sed qui sepe  
minus accuratas sequitur interpretationes. Quarta  
Augustinus, & Beda est, modicum manere tem-  
pus vsq[ue] ad suum ab illis discessum, id est ascensio-  
nem in caelum, de quo tam multa illis dixerat, post  
quod tempus visuri illam non essent, rursum  
vero non multum restare ab ascensione vsq[ue] ad se-  
cundum in iudicium aduentum, post quod illum  
perpetuo visuri erant. Nō dubito quin huius sit  
sensus. Et quia vbiq[ue] alias Christus eadem vtr-  
tr phrasi, modicum vsq[ue] ad ascensionem suam si-  
gnificat tempus vt cap. 13. 33. Filioli adhuc modicum  
vobiscum sum, quia eratis me. & sic dicit Iudas, qui egre-  
do, vos non potestis venire. Et c. 14. 19. adhuc modicum,  
& mundus me tam non videt, vos autem videbitis, quia ego  
vado, & vos venitis. Et c. 12. 35. Adhuc modicum lumen  
in vobis est, vt scidē locis explicauimus. Deinde quia  
sequentia omnia hoc indicant, vt ver. 20. exponens  
quod esset modicum illud tempus, quo illum visu-  
ri non essent, ait, Amen, amen dico vobis, quia plorabi-  
tis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit, quibus ver-  
bis totum haud dubie tempus significat, quo Apo-  
li veritatem in hac vita erant. Idem ver. 21. 22. decla-  
ratur, versus autem 23. loquens de illo altero tem-  
pore quo visuri eum essent, non tempus resurre-  
ctionis, sed tempus vitae aeternae significat. In illo die  
me non rogabis quicquam, quando enim, nisi eū beati-  
tudo essent, omniaq[ue] scirent, Christum non erant quod  
quam rogaturus? Obici contra potest, quod tempus  
illud, quod ab ascensione vsq[ue] ad secundum ad-  
uentum sit, modicum dici non possit, cum plus iam  
mille anni praeterierint. Prompta responsio, quam  
& D. Petrus 2. epistola. c. 3. 8. in eadem quaestione  
adhibet, mille annos ante Dominum tanquam di-  
em vnus esse. Denique totum hoc tempus non so-  
lum breue D. Paulus, 1. Cor. 7. 29. sed etiam nouissi-  
mā horam Ioannes appellat, 1. epist. c. 2. 18. Er-  
go ratio illa, quae subicitur, quia vado ad Patrem,  
non ad verumque, sed ad primum tantum mem-  
brum referenda est. At si hic sensus est, quorum  
hoc Christus adiecit, causa de Spiritu sancto loque

retur? Nam Chrysothomus quidem, Cyrillus, &  
Theophylactus, qui aliter explicant, ideo dixisse  
putant, vt iam tristitia miferet, & post consolationem  
Spiritus sancti iterum exereceret ad potentiam eor-  
um animos profectiois suae, & eorum quae pro  
fectio passuri essent illa mentione. Respondeo po-  
tius quae rendum fuisse quorum de Spiritu sancto  
locutus esset: nam de iis, quae passuri discipuli erant  
omnia eius instructus erat sermo, sed quia ergo eos  
videbat ferre sermonem, interiecit de Spiritu san-  
cto, qui consolationis eos esset.

17. 18. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inimicem. An  
omnes de seipulis dubitarent, quid verba illa Chri-  
sti sibi vellent, necne, Evangelista non dicit, hoc tā-  
tum dicit quosdam eorum inter se misistisse, quid  
nam sibi vellent. Hoc enim est de modicum ex discipu-  
lis eius, id est quosdam discipulorum eius, vt Matt. 23.  
34. & Act. 21. 19. Fieri autem potuit, vt cum nemo  
eorum intellexisset, non omnes tam inter se mur-  
murarent. Mirum autem quoniam eorum nō in  
tellexisse, quod tam sepe illis iterauerat c. 7. 33. & 8.  
21. 22. & 12. 33. & 14. 2. 4. 12. 28. 6. hoc ipse ca. verus  
5. 7. Chrysothomus, Theophylactus, & Euthymius  
duas eius rei afferunt causas, alteram quod vere ob-  
scura essent, quae Christus dicebat, nec enim aperte  
dicebat se moriturum, resurrecturum, & in caelum  
ascensurum, sed per metaphoras, & ambages lo-  
quebatur. Alteram, quod irritata adeo essent oecu-  
pati, vt etiam quae distulsa non erant, intellegere nō  
possent. Rupertus existimat eas iam fuisse, quod re-  
surrexerit onem eius, vnde ceterorum perdes ab  
insurgentia nunquam satis intellexissent. Augusti-  
nus, & Beda, non de tota sententia, sed de tempore,  
quod designabat, putant dubitasse, cum enim ante  
solutus esset dicere vado ad Patrem, non adiecit  
modicum, nunc vero adiecit, itaque de illo mo-  
dicum omnem eorum fuisse quaestionem, quid est  
hoc, quod dicit vobis modicum, vt erit quid mirum  
discipulis adhuc rudes, & euentum nondum rem ex-  
plicante, Christo nondum, quid vellent dicere, in-  
terpretato, non intellexisse, cum ne nos quidem  
nunc homines, vt nobis videtur, actu post, post  
Christi expositionem, post euentum rei, post tot  
scriptos comment. satis intelligamus.

19. Cognouit autem Iesus, quia volebant eum interro-  
gare. Cognouit, vt Deus, quia cognitas eorum habe-  
bat cogitationes, sine indice, sine coniectura. Cyri-  
llus, Theodorus Heraclotes, Leontius. Quod autē tūc  
dicit, Quia volebant eum interrogare, fortasse non si-  
gnificat decreuisse discipulo, eum interrogare, mo-  
do est probabilis non decreuisse, sed tantum des-  
iderasse, atq[ue] hoc erat velle, Si enim decreuissent,  
expectasset vsq[ue] Christus, vt se interrogarent, sed  
quia videbat eos velle, sed non audere, sponte sua  
non interrogatos respondet. Quoniam Theodo-  
rus, Heraclotes, & Leontius existimant etiam in-  
terrogatos Christum praecurre voluisse, vt su-  
am illis diuinitatem declararet.

20. Amen, amen dico vobis, quia plorabit, & flebit  
vos, mundus autem gaudebit. I. c. Theodorus Mo-  
puesten. & Rupertus adnotauerunt, ne nunc quid-  
dem Christum discipulorum quaestione expli-  
care. Nec enim docet, quid sit illud modicum, quo ip-  
sum visuri non erant, quod illud alterum, quo vi-  
suri erant. Quod merito mirum videri potest, sed  
vt Heraclotes respondet, malebat Christus, vt quid  
vtrumque modicum esset, ex ipso potius euentu,  
quam ex se discerant, aut ego puto, nolebat ex  
pressa mentione mortis discipulorum animos vul-  
nerare. Quam ipsorum tristitiam, quam mundi legi-  
tiam intelligat, ex versu 16. explicationes colligan-  
dum est. Nam primum modicum, aut tempus vs-  
que ad mortem, aut triduum intelligit sepulch-  
ra, secundum vero tempus resurrectionis, tristitia  
Apostolorum interpretatur eam, quam ex-  
pulsus  
Rr

Quam disci-  
pulum tri-  
stitem, &  
mundi lati-  
tiam intelli-  
gat.

pius morte percepturi erant. gaudium vero mundi, quo Iudei eius erant morte gauduri. Ita Graeci omnes. Chrysolomus, Theodorus Heracleotes, & Mopsuestenus. Leontius, Cyrillus, Theophylactus, Euthymius, & Latinus Rupertus, Augustinus, & Beda, licet illic primum modicum ad tempus illud, quo Christus in hac vita futurus erat, secundum vero ad id, quod usque ad secundum eius aduentum futurum est, reculissent, tamen hic eodem modo, quo Graeci Apostolorum tristitiam, & mundi gaudium interpretati sunt. Non dubito tamen quidquam, quin Christus eam Apostolorum tristitiam, eamque mundi letitiam intelligat, quam toto huius vitae tempore habituri erant, quod eum gaudium aliud esse poterat, quod ab illis nemo posset tollere, ut dicit ver. 22. nisi illud, quod in altera vita erant habituri & graues quoque sententiae meae auctores habeo, Tertullianum in libro de spectaculis & Cyprianum in libro de mortalitate, & in exhortatione ad martyrium, itaque non Apostolis tantum, sed Apostolorum persona Christianis omnibus hoc dicitur. *Vobis, inquit Tertullianus, id positum est. Nunc illi tenentur nos constitimur. Seculum inquit gaudet, vos tristes eritis, laetamus ergo dum Ethiois gaudent, ut cum lugere caperint gaudemus, ne pariter nunc gaudentes, tunc quoque pariter lugemus. Delatus est Christianus, si in seculo voluptatem concupiscit: imo nimium stultus si hoc existimat voluptatem. Philosophi quidem hoc nomen quieti, & tranquillitati dederunt, in ea gaudent in ea auocantur in ea etiam gloriantur. Tu mihi metas, & sentas, & pulchrum, & aeneas suspiras. Dicis velim, non possimus vivere sine voluptate, qui mori cum voluptate debeamus? Nam quod est aliud votum nostrum, quam quod & Apostoli, exire de seculo, & recipi ad Dominum? Haec voluptas, ubi & votum.* Voluit ergo Christus discipulos commonefacere, ne in rebus, quas in hac vita plerumque aduersus persequi erant, animo haerent, sed in remuneratione aspicerent, ut de Patriarchis illis dicit D. Paulus ad Hebr. 11. 26. Propterea addit.

Cap. 18.

*Vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.* Dicitur autem Graece, si non videtur suo loco posita esse, itaque ut recte cohaereat, repetendum est *de vobis* vltimum membrum, *Mundus, inquam, gaudet, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.* Vbi acute Rupertus obseruauit alterum etiam membrum oppositum intelligendum esse, quod Christus non dixit, quia hoc tantum agebat, ut discipulos consolaretur, nempe *tristitia vestra vertetur in gaudium*, & gaudium eorum in tristitiam. Sanctos in hac vita aduersus, in quibus prosperis rebus ut multis locis scriptura docet, Psalm. 72. 3. 4. & Psalm. 143. 12. 13. 14. & Job 31. 7. & Ieremias. 12. 1. Habacuc 1. 3. Sed eadem quoque docet illorum tristitiam in gaudium illorum gaudium in tristitiam esse verendum, Matth. 5. 5. Luc. 6. 25. Roman. 8. 18. & 2. Corinth. 4. 17. Iacobi 5. 2. 3.

Parturientia doloribus comparati vehementer dolent.

*21. Mulier cum parit tristitiam habet.* Quod dixerat, vulgato declarat exemplo, totum huius vitae tempus temporibus comparat, quo mulier grauidae partus eructibus agitatur, tempus autem vitae aeternae in sanctorum tempore, quo mulier saluum in lucem edidit infantem. Vehementes dolores doloribus parturientium comparare scriptura solet, Psalm. 47. 7. Eccles. 34. 6. & 48. 21. Iai. 13. 8. & 21. 3. Ier. 4. 31. & 6. 24. & alij locis innumerabilibus, sed hoc loco non tam ad doloris magnitudinem exprimentam, quam ad vicissitudinem doloris, & voluptate declarandam parturientis exemplum à Christo propositum esse puto. Hoc enim agebat. Eademque ratione non assensit, qui propterea hoc exemplo Christum vltim esse dicunt, ut significaret tempus doloris huius vitae, si cum tempore, aut potius aeternitate gaudij vitae beatae com-

paretur, ad modum esse breue, quemadmodum tempus, quo parturientis cruciatur, multo breuius est, quam illud, quo nato postea gaudet infans, et si Euthym. in hac etiam sententia inclinatur. Id quidem verum est, quemadmodum docet D. Paulus 1. Cor. 4. 17. sed non id Christus agebat, & videndum semper est, quid agatur. Itaque verbum illud, *Quia venit hora eius, non est ad significandam breuitatem additum, sed ad declarandum tempus constitutum, & expectatum partus.* Similis sententia est paruum interpretari Christum, qui in locum editus significatur, tunc cum ex mortuis resurrexit quemadmodum D. Paulus Act. 13. 33. interpretatur illud Psalm. 2. 7. *Dominus dixit, ad me filium meum estis, Ego hodie genui te.* Et si non solum Rupertus, sed Graeci etiam auctores omnes, quos superior euerio citabam, ita uidentur interpretari. Paruum ergo vocat in muliere quidem partente, plium, quem peperit, infantem, in Apostolis autem vitam aeternam, quam praesentia vitae dolores parituri erant, & illud, ut verba vtar B. Pauli aeternam gloria pondus. *ma9 quam dici potest, quod id, quod in praesenti est momentaneum & leue tribulationis nascitur operatur in nobis, ut Tertullianus, & Cyprianus, quos paulo supra nominauimus, exponunt.* Putant Augustinus, & Beda aliquid etiam habere momenti, quod non paruum, sed paruum dixerit, quod maius tunc perperat gaudium esse solent, quando non puellam, sed puerum peperit. Eam obseruationem Graeca lingua non respicit, quae si *ma9* sicut infantem Latina, & puerum, & puellam communiter vocat. Quamquam non dubito, quin hoc loco pro infante masculo posuerit, non ideo ut maius significaret gaudium: id enim hic exprimere voluisset, masculino vius esset genere *ma9*, aut aliquo modo infidelm, sed qui in exemplo magis puerum, quam puellam significari conuenit. Quod ait perperat gaudere, quia *ma9* est homo in mundum, quia erudit est ac si dicitur, id eogaudere, quia noua aetate sit prole, itaque uideor, ut solidum sit mysterium illud, quod Christus Theophilus in his uerbis obseruauit propterea non dixisse, quia sibi homo natus est, sed, quia *ma9* est homo in mundum, quia Christus per resurrectionem non nobis, sed nobis, id est mundo uiuere quodam modo notus est. Primum non dicit, quia natus est homo in mundo, sed in mundum, quod constat diuersim habere sensum. Deinde non est Christus, ut diximus, partus ille, de quo hie agitatur, sed ille semper ternus laborum huius vitae fructus, quem in vita altera percepturi sumus.

*22. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem uidebo vos, & gaudebitis cum uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet a uobis.* Accommodatio si mul, & explicatio est superioris exempli. Quod autem dicit, *Iterum uidebo uos, auctores illi omnes Greg. ci, atque Latini nonnulli, quos diximus ver. 16. existimasse Christum per primum illud modicum tempus, quousque ad resurrectionem supererat per secundum autem quod ad resurrectionem usque ad ascensionem resitabat significasse, praeter eos etiam hoc loco D. Augustinus, & Beda putant Christum hic de ea agere uisione, qua discipulis post suam sepe resurrectionem apparuit. Ego in mea persequo sententia de secundo ad iudicium aduentu suo loquor, quo iterum in seipsum uisurum se dicit, & ita uisurum, ut eos in regni sui aeternam possessionem inducat, quemadmodum ca. 14. 3. dixerat, *Et si aduero, & apparuerit uobis locum, iterum uisio, & accipiam uos ad me ipsum.* Nam est post resurrectionem Apostolos uidit, non uisit in nullo obiter, & uelut pertransiens, & illud ipsum repus ad illud primum modicum pertinere diximus, quo uisurum se erat, ut 16. Et manifestum est hie agi de partu, quem mulier praegnant, à Apostoli edituri erant, partus autem ille, ut uerba*

uersu superiore docuimus, uita aeterna est; omne uero huius uita tempus ueluti dolores partus. Hoc est, quod sequitur, *Et gaudebitis cum uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet a uobis, id est, ut ita gaudeatis, ut nullum finem gaudium uestrum sit habiturum, ut perpetuo gaudeatis. Eodem uerborum sensu, quo ca. 15. 16. alia dicitur metaphora, Ego dixi uos, & post uos uisus, & fructum afferatis, & fructus uestrum maneat.* Hoc enim gaudium illud est, quod solum nemo ab alijs, qui habent, potest tollere; omne aliud huius uita gaudium multis casibus, multis interturbationibus propositum est. Opponit autem futurum in caelo Apostolorum gaudium, gaudium mundi, quod hac terminatur uita. Ac propterea non dixit simpliciter, & gaudium uestrum perpetuum erit, sed *gaudium uestrum nemo tollet a uobis, ut ad gaudium aliter erit huius uita, & multa tollunt, multa perturbant, si nihil aliud, ipsa certe mora, qua nihil potest, qui habent, potest tollere, acerbius accidit. Illud uero beatorum gaudium nullus casus, nulla infirmitas humana, nulla uis, nulla mora ab illis potest tollere. Facilius, ut opinor, & congruentior hic sensus, quam ille, quem Chrysost. Cyrill. Theodorus uerget, Heracleotes, & Mopsuest. Leontius, August. Beda, Theophylactus, & Euthym. adhibent, nemo gaudium, quod de mea percipitis resurrexerit, a uobis tollit, quia postquam resurrexero, non amplius moriar, quemadmodum postea dicit D. Paulus Rom. 6. 9. *Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, quoniam illi uita non dominabitur.* Et quam alter ille Rupertus, *Gaudium uestrum nemo tollet a uobis, quia non corpore, sed animo gaudebitis, corporis uero letitia tolli potest, animi non potest.**

Gaudium sanctorum in caelo: & gaudium mundi oppositum.

Puerum, seu paruulum, quod quilibet Christianus.

*23. Et in illo die me non rogabitis quicquam.* Quem diem intelligat, est superioribus colligendum. Omnes igitur auctores illi, quos modo citauimus, qui praecedentis de tempore resurrectionis intellegunt, hoc de die Petecostes interpretantur, quasi dicat, in illo die, id est, cum resurrexero, & Spiritum sanctum ad uos miserum, non erit uobis opus me quidquam rogare, quia Spiritus sanctus uos omnia docebit. Ego congruentius etiam superiori meae interpretationi explisco, *In illo die, id est, cum iterum uidebo uos, & in semper uerbo beatae uita gaudium mecum iudexero, non rogabit me quicquam, quia nullis iam quaestionibus locus erit. Omnia uobis mysteria patefens, ita ut nihil uobis opus sit interrogare. Quem sensum etiam Augustinus, cum prius contra sensisset, hoc loco melius perspecta re coactus est confiteri. Hic enim est Graecorum uerborum sensus, *ip9* *me quod non uidebitis me uer. 17.* quemadmodum Rupertus & Euthymius animaduertunt. Quo magis Chrysolomus, Theod. Heracleotes, & Mopsuest. & Theop. miror interpretari, non rogabitis me quicquam, id est, nullis uobis apud me precibus, nullo aduocato opus erit, quia sola nominis mei inuocatione, quicquid à Patre petieritis, obtinebitis, ut uideatur uerbis sequentibus significare, *Amen, amen dico uobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit uobis. Multo melius Cyrillus, & Leontius, quod idem etiam August. Beda, Rupertus, & Euthymius magis probant, nihil interrogabitis me, quia nulla amplius de re dubitatis. Quod ergo sequitur, *Amen, amen dico uobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit uobis, non iam de illa die, de qua prius loquebatur, qua nihil cum interrogaturus erant, sed de praecedente die illam intelligitur tempore. Quia e-***

Magis uerbum quomodo de his sumatur. Text. 31.

Par. 21.

nim exemplo praegnantis mulieris duo Apostolorum tempora, duoque status indicauerat, alterum in hac uita, alterum in futuro, haec uero explicauit qualis ille beatae uita status futurus esset, nempe omnis scientiae plenissimus, ita ut opus illis non esset futura quidquam eum interrogare, nunc redit ad primum statum, quem quia parturientium doloribus comparauerat, consolatur eos dicens se in me deum etiam illis doloribus non defuturum, corpore quidem absente, uirtute uero praesente futurum esse: nihil enim eos in nomine ipsius à Patre peturos, quod facile non sit impetraturus. Quo autem modo haec ipsa sententia uera sit, fore, ut quicquid Christi nomine petierimus, obtineamus, laepe docuimus, Matth. 7. 7. & 21. 22.

*24. Ne quidam non petitis quidquam in nomine meo, petite, & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenum.* Cui hoc loco non ita ita occurrit quaestio, quomodo uere dicere Christum poterit Apostolos ante id tempus nihil suo nomine petisse; multa quippe eos ante postulasse legitimus, atque hoc ipsum inter alia, ut se petere, & orare doceret, quemadmodum Ioannes discipulos suos docuit, Luc. 11. 1. Itaque docuerat eos dominicam illam orationem, quasi nihil tunc Christi nomine à Patre petebant, ne nos quidem modo petimus Matth. 6. 9. *Petebam, ut si deum sibi adugeter Luc. 17. 5.* etc. erant enim nomine deum in nomine tuo. Diuersi modis auctores diuersi quaestiones soluunt Cyrillus, & Rupertus fecisse quidem aliquid Apostolos prius in nomine Christi, nihil tamen à Patre eius nomine petuisse, quod nondum cognouerunt esse mediatorum Dei, & hominum, cuius nomine, & gratia omnia essent à Patre beneficia postulanda. Leontius tantum uerum significat conuulsiones, & nouam infirmitatem, ante id tempus non fuisse solutos, qui aliquid à Deo postulabant, Christi nomine postulare, quia ignorabant redem ptorem, ac mediatorum fore, nunc tradi formam orandi, ut quid quid impetare à Patre uideretur, Christi nomine postularent. Augustinus, & Beda duobus modis exponunt, primum ante id tempus nihil Apostolos petuisse, quia nihil spirituale, quod ad salutem animae pertineret, sed corporale, temporaleque petissent, & non petere in nomine Christi, id est Saluatoris, ut ibi idem dicit Augustinus, qui ad salutem pertinetia non petit, quam interpretationem Gregorius hom. in Euang. 17. & huc et loco Theop. asserunt. Haec interpretatio uera esse non potest, quia, ut paulo ante dicebamus, iam Apostoli petierant, ut sibi adugeter, quod ad salutem maxime pertinebat. Deinde exponit Augustinus aliquid prius in nomine Christi Apostolos petuisse, quod etiam spirituale, & salutare illis esset, sed id comparatione uita aeternae, id est illius pleni gaudij, quod modo petere iubentur, nihil fuisse. Optima putatur Euthymij sententia, Apostolos multa ante fecisse in nomine Christi, daemones esse sic egrotos curasse, tamen à Patre in eius nomine nihil petuisse.

Remota apostoli ante hoc tempus dicuntur nihil in nomine Christi petisse.

Text. 73. & 202.

*Haez & facile & probabili explicatio est, sed animaduertone, ut opinor, fallor, Christum meo, & dicit, quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit uobis, praesentis suae opponere. Non enim soleamus quidquam aut petere, aut agere nomine praesentis, sed absentis, legatus nomine principis, à quo missus est, procurator nomine clientis, qui ad esse causa non potest. Usque ad illud tempus Christus cum discipulis fuerat, itaque si quid petendum erat, non à Patre eius nomine, sed ab eo ipso postulabant, De mine ad euge uobis fides, Domine ostende nobis Patrem, sup. 14. 8. sufficit uobis, docet ergo eos, ut quod ante ab se petebant, postquam ipse ad Patrem discesserit, ipsius nomine à Patre petant, maiora illis Patrem suo nomine rogantibus dona daturum esse quam ipse*

Pera exponitur.

Luc. 17. 5. sup. 14. 8.

ded. si; si cum illis esset. Haec enim eos experto non esse, quante virtutis sit eius nomine Patrem rogare, quia praesentem habuerat, expertos cum ab illis discesserit, maioribus ad Patre beneficia post ipsius discessum, eius petentes nomine, consecutus, quam se praesentem consecutus essent. Itaque ex pedire illis, ut ipse ad Patrem vadat. Huc enim omnis eius partus oratio, ut mectos ob suum discessum discipulos spe maioris commodi consoletur, doceatque se, quamvis discedat, tamen virtute, & beneficentia semper cum illis futurum esse; plus enim illis absentem, quam praesentem profuturum. Quod sequitur. *Et gaudium vestrum sit plenum.* D. Augustin. Beda, Rupertus inter pretantur ita, ut hoc ad verbu Petite, referatur; quasi hoc ipsum petere iubeantur, ut nimirum ipsorum gaudium plenum sit. Melius omnino Cyrillus, & Euthymius intelligunt iuberi Christum, ut Apostoli deinceps suo nomine, quidquid voluerint, ad Patrem petant, fore enim, ut si petentes impetrent, & imperatis gaudeant. Mihi ad verbum, Petite, hoc referendum videtur, sed alio profus sensu, quam Augustinus iuberi Apostolos Christum, ut nomine suo petant, non quidem hoc ipsum, ut eorum gaudium plenum sit, sed propter ea petere, ut ipsorum gaudium plenum sit, quasi dicat, si vultis perfectum consequi gaudium, finite me ad Patrem abire, & tum meo ab ipso nomine petite, & perfectum habebitis gaudium, quamvis ex mea habebitis praesentia. Opponit enim gaudium illud, quod se absente habuerat etiam illi, quod praesente se habebant, alludendo ad tristitiam, qua propter suum discessum afflicti bantur, quasi dicat propterea meus ad vobis discessum tam agre fertis, quia mea gaudent praesentia, atqui gaudium illud carne, & imperfectum est, plenum & perfectum ex mea absentia percipietis, magis enim vos absentiam quam praesentem consolabor, quia quidquid ad Patre petieritis in nomine meo, dabit vobis. Itaque quamvis plenum hoc gaudium ad beatam vitam proprie pertinet, tamen Christus, ut Cyrillus, & Euthymius recte funtunt, etiam de gaudio, quod in hac vita perceptum Apostoli erant, loquitur, causam vero illi, cur Christus hoc ipsum gaudium plenum vocet, non videtur, quod nimirum gaudium hoc sit cum altero, quod ex Christi praesentia percipiebant, comparitur plenum sit.

25. *Ita in proverbiis locutus sum vobis.* *Proverbia pro parabola sumpta.* id est, *proverbia pro parabola posuit, id est pro sermone non manifesto, sed similitudinibus involuto.* Cyrillus, & Theophylactus docent. Dubium quomodo in proverbiis locutus se esse dicat, cum nunquam apertius locutus esse videtur, ut quae deo, ut finita oratione discipuli dixerit, *Ecce nunc palam loqueri.* & *proverbia nullum dico, verbi 29.* Theophylactus non ad omnia quae Christus dixerat, sed ad parabolam illam partientis mulieris hoc refert, ver. 29. At generalius Christus loquitur, pluraque videtur comprehendere. Rupertus existimat non significare se obsecrare, atque figurate locutum esse, sed res ipsas, de quibus locutus fuerat, mystice esse; figurat, passionem resurrectionem, ascensionem, missionem Spiritus sancti: quae omnia prius figuris adumbrabantur, ne factis aperte ab ipso fuerant expressa, paulo vero post patrescienda erant. Sed nescio quid apertius de morte & resurrectione sua dici potuit, quam fore, ut in manus peccatorum traderetur, ut flagellaretur, crucifigeretur, & tertia die resurrexerit, ut dixit Matth. 20. 19. Marc. 10. 34. & Luc. 18. 33. & 24. 7. Antiqui apertius de missione Spiritus sancti, quam quod in hac ipsa oratione saepe dixerat, eum venturum esse, se eum missurum esse, sup. v. 7. & 8. & c. 14. 26. & 15. 26. Alij auctores ne que-

Abionem quidem attingunt. Credo ego Christum non ex veritate, sed ex discipulorum sensu illa diastile, nam re quidem factis aperte locutus fuerat. Sed quia Apostoli non magis ea, quae dicebat, intelligere videbantur, quam si in proverbiis locutus fuisset, dicit se in proverbiis locutum esse, quasi dicat, haec quidem, quae vobis de meo abitu, de Spiritu sancto de patre meo, de precibus ad eum meo nomine fiendis, de perfecto gaudio, quod impetratis; quae meo nomine petieritis, habueritis, enigmata non dum expertis vobis videbantur: mitto ergo vos ad experientiam, ipsa vos omnia ita docebit, ut opus non sit, ut ego vos doceam. Alludendum, ut mihi quidem videtur, ad id quod ver. 16. dixit, *Medicum, Etiam non videbitis me, & iterum medicum, & videbitis me.* Id enim enigma illis visum fuerat, ut colligitur ex ver. 17. 19.

*Veni hora, cum iam non in proverbiis loquar vobis, sed palam de Patre annuntiabo vobis.* *Hora* Hebraico more non pro vniuersi horae spatio, sed pro quouis longo futuro ponitur prope. Quod autem hic futurum indicat tempus, vulgaris est questio, Cyrillus, & Leonius in commemoratione ad hunc locum & Gregorius li. 20. Mor. c. 8. de altera intelligunt vitam in hac quidem quantitate tempore proficiam, sed semper tamen videmus pro speculando in enigmate, tunc autem facie ad faciem. *Et videbitis me, facti estis bimurque, cum appuerit gloria eius.* Hunc sensum est, hoc loquens, ut in hoc mundo maneat pro illa petere; ipsosmet tantam quosdam modo apud Patrem, quantum ipse habeat, auctoritatem habitu ros eius nomine petere: Patrem ipsos ideo amare, quod se amant, sem se credant, hoc est, quod vere ipsos discipuli sint. Quod ergo est, *Et credidistis, quia a Deo exiit, cur non creditis palam, Et credidistis in me, & vultis simul explicare, quid esset verum in se credere, nempe credete eum a Deo exisse, id est verum, ac naturalem filium Dei esse, ab eo que de caelo propter hominum salutem missum fuisse.*

28. *Exiit a Patre, & venit in mundum.* iterum reliquo mundum, & vado ad Patrem. Quae dixerat, *Credidistis, quia a Deo exiit, quae humana erat, dixit, arrepta, ut ipsa ab innotuit, ex vltimo verbo occasionem declarat, et confirmat, quae dixerat, *Credidistis, quia a Deo exiit, & non salto, aut merito creditis: vero autem exiit a Deo, & venit in mundum, propterea nunc reliquo mundum, & ad Deum rediit.* Nemo enim ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo filius hominis, qui est in caelo, ut dixit, c. 3. 13. Eodem pertinet, quod scribit D. Paulus ad Eph. 4. 9. 10. *Quod autem ascendit, quod est nisi quia & descendit, primum in inferos partes terrae. Qui descendit, ipse est, & qui ascendit supra omnes caelos, ut implet omnia, itaque secundum huius periodi membra causam primum tacitam continere arbitror, quae tunc modum expedit. Cu ante dixisset, *Qua a Deo exiit, modo non dicit, Exiit a Deo, sed dicit a Patre, & vado ad Patrem, ut dicit et illum ipsum verum Deum a quo se exisse dixerat, verum quod patrem suum esse.* Notandum etiam nonnullis in scriptis non dicit, Reliqui Patrem & venit in mundum, sicut dixit, iterum reliquo mundum, & vado ad Patrem; sed exiit a Patre, quia ita exierat a Patre, ut illum minime reliquisset. Suspecta mihi subtilitas est; nam quomodo Patrem non reliquit, cum in mundum venit; nec mundum reliquit, cum ad Patrem rediit; id est quatenus omnia sua implet dimittit. Quomodo ergo a Patre exiit, & ad Patrem rediit, malo August. verbis explicare. Plane, inquit, *credidimus, nos enim propterea dixit in credibilem videri, quia si ad mundum veniens exiit a Patre, ut non desereret Patrem; & si vado ad Patrem, relicto mundo, ut non deserat mundum. Exiit enim a Patre, quia de Patre est, in mundum venit, quia in mundo suum corpus ostendit, quod de Virgine assumpsit. Reliqui mundum corporali disceptione, nec mundum deseruit praesentia gubernatione.***

*Eusebius audiam.*

*Cyrillus vera oppositum.*

*Hieronymus ad dicit, aliquid ad Cyrillum oppositum.*

*1. Cor. 13. 10. 1. Cor. 13. 10. 1. Cor. 13. 10.*

*Trist. 10.*

29. *Dicitur ei discipuli eius, Ecce nunc palam loqueri, & proverbia nullum dico.* *Quaerunt August. & Beda, quo modo discipuli negent Christum in verbis loqui, cum Christus ipse confessus fuerit se haec in proverbiis locutum fuisse. Nam quid, inquit Augustinus, hora iam veniat, quia non iam in proverbis se illis promiserat locutum: Propter quod nondum hora illa venisset, continuatio verborum eius ostendit. Ex nov. 17. docuitur per horam illam, aduentu Spiritus sancti significasse. R. sicut dicit Augustinus, ita se discipulo se intelligere, quod nondum intelligebant. Prius quidem nec intellexit, quod Christus dicebat, nec existimasse se intelligere, sed postea vidisse se non intelligere, ideo ea, quae dicebantur, proverbia ob illa & quasi enigmata fuisse iudicant: nunc vero cum nihilo magis, quam ante intelligerent, tamen quia se intelligere putabant, visum illi prout biam non esse, quae prius videbantur. Sententiam Augustini ideo non sequor, quia ex sequentibus apparet eos non de verbis, sed de factis loqui Christi, non enim significam eum clarius loqui, quam ante, quamquam al quanto clarior locutus fuerat, sed factis eum perspicue declarasse, quae verbis dixerat obicitur, cum eorum cognouisset cogitationes volentium interrogare. *Quid est hoc, quod dicit molitum v. 17. & 18. Quasi dicant, tu nobis videretur dicit tempus, quo tempore palam, ac sine parabolis de te, patrem tuo nobis loquere. An clarior potes loqui, apertius ostenderis te filium esse Dei, quam in manus animorum nostrorum cogitationes declarandi? Non est tibi opus loqui verbiis, sed clare loqueris factis; eo enim ipso, & gemitu cogitationibus nostris ista quantum obscure dicit, factis aperte ostendit te filium esse Dei. Hoc est, Ecce palam loqueris, & proverbia nullum dico, ut statim explicent.**

30. *Nunc scimus, quia scis omnia, & non est opus tibi, ut qui te interrogat, in hoc credimus, quia a Deo exiit.* *Declarat, cur dixerint, Ecce palam loqueri, & proverbia nullum dico, neque quia hominum percipientes se habere docebat cogitationes, dum palam eas aperiebat, quod erat clarior loqui, docere, & potuisset. Alludunt ad id quod v. 19. dicitur, *Cognouit autem Iesus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis, De hoc quaerit inter vos, quia dixit vobis Molitum, & non videbitis me, Propterea, ut Rupertus, & Euthymius, insinuant, dicit Augustinus, & Beda dilectis monuerunt, cum dicerent potius videtur, et non est opus tibi, quoniam quam interrogare, aut ut quisquam te doceat, dicunt, ut qui te interrogat, quasi dicant, cognoscis hominum cogitationes, prouidesque antequam te quisquam interroget, quid velis interrogare; quemadmodum in nobis modo sumus experti. Id autem proprium est Dei, nisi Deus de quo scriptum est, *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus, praeparationem cordis eorum, exaudiuit eorum* Psal. 107. *Et vix, antequam clamet, exaudiuit, secundum ad huc eu loquentibus ego audiam.* *Mat. 6. 7. In hoc cre-***

*Trist. 10.*

*Cogitationes hominum, non sunt proprium.*

*Apposuit ad Christum, non solum naturalem, credidit enim ad hunc Spiritum sancti.*

*Re 4. discipu.*